CORPVS

INSCRIPTIONVM LATINARVM

CONSILIO ET AVCTORITATE

ACADEMIAE LITTERARVM REGIAE BORVSSICAE

EDITVM

VOL. IV

VOLVMEN QVARTVM

BEROLINI APVD GEORGIVM REIMERVM

MDCCCLXXI

INSCRIPTIONES
PARIETARIAE POMPEIANAE

HERCVLANENSES STABIANAE

CONSILIO ET AVCTORITATE

ACADEMIAE LITTERARVM REGIAE BORVSSICAE

EDIDIT

CAROLVS ZANGEMEISTER

ACCEDVNT

VASORVM FICTILIVM

EX EISDEM OPPIDIS ERVTORVM

INSCRIPTIONES

EDITAE A RICHARDO SCHOENE

ADIECTAE SVNT TABVLAE LITHOGRAPHAE QVINQVAGINTA SEPTEM

BEROLINI APVD GEORGIVM REIMERVM

MDCCCLXXI

ECOLE FRANÇAISE DE ROME

CAROLI ZANGEMEISTERI PRAEFATIO.

1. Parietariae inscriptiones a monumentorum titulis lapidi vel aeri incisis eo differunt, quod non publica aut privata auctoritate ad rei alicuius memoriam propagandam factae sunt, ita ut vel ipsae pro monumento sint aut cum monumento aliquo artissimo vinculo cohaereant, sed privatorum arbitrio ad tempus scriptae, aliae, dico munerum edendorum locationumque edicta et candidatorum programmata, ut temporariae alicui rei inservirent et a quam plurimis legerentur per vias propositae sunt, aliae, ut carbone terrave aliqua et graphio scriptae, utcumque praesens et subita affectio monebat, parietibus inlitae sunt, sive scriptor alicuius mores palam notare voluit (quo pertinent carbone rubrica aliave terra scriptarum pleraeque nonnullaeque graphio exaratae), sive id egit, ut quae mentem suam commotam tenerent parieti inscribendo efferret nec vero ut quae inscriberet aliis legenda proponeret. — Non minus a monumentorum titulis parietarii distant litterarum forma, quae in penicillo pictis minus a quadrata recedit, in ceteris autem in id scripturae genus abiit, quod quamvis multifariam in singulis conformatum communi cursivae litteraturae appellatione comprehendimus. Itaque cum parietariae inscriptiones et ita conceptae sint, ut laxioribus quam monumentales legibus sint adstrictae, et ita exaratae, ut pro varia scriptorum indole vel voluntate diversissimis litteris utantur, legendi atque interpretandi et propriam habent difficultatem et propriam sibi poscunt artem. Velut, ut his utar, si qua in pariete scripta inminuta est, quanta eius pars perierit perspici fere non potest; deinde fieri potest, ut pictarum litterae aliquot evanuerint, licet parietis superficies minime laesa sit. Quae cum ita sint universi huius generis inscriptiones ceteris inmisceri non debuerunt, sed seorsum colligendae fuerunt; proprio autem hoc volumine editae sunt cum ob alias causas tum quod hoc genus inscriptionum recte edi non potuit nisi ut ex parte certe tabulis depingerentur, id quod in reliqua sylloge leges operi dictae ut fiat nequaquam admittunt.

De veterum parietes inscribendi consuetudine, quae quam late patuerit maxime ex hac sylloge intellegi licet, quaedam composita sunt infra p. 10; quibus hoc loco addidi et inscriptionum et auctorum veterum testimonia haec: n. 1904. 2461. 2487: *admiror, paries, te non cecidisse ruina, qui tot scriptorum taedia sustineas*; *Annali dell' Inst.* 1860 p. 434: *C. Julius Anicetus ex imperio Solis rogat, nequis velit parietes aut triclias inscribere aut scariphare*; *Bull. dell' Inst.* 1867 p. 53: πολλοὶ πόλλ' ἐπέγραψαν, ἐγὼ μόνος οὐ[κ] [ἐ]πέγραψα. — Plaut. Mercat. II 3, 74: *inpleantur meae fores elogiorum carbonibus*; Martial. XII 62: *quaeras censeo, si legi laboras, nigri fornicis ebrium poëtam, qui carbone rudi, putrique creta scribit carmina* et q. s.; Cicer. Verr. II 3 c. 33 § 77: *Aeschrionis Syracusani uxor est Pipa, cuius nomen istius nequitia tota Sicilia pervulgatum est; de qua muliere versus plurimi supra tribunal et supra praetoris caput scribebantur*; Sueton. Ner. 45 *Statuae eius a vertice cirrus appositus est cum inscriptione Graeca*, nunc demum agona esse, et traderet tandem! *Alterius collo ascopera deligata, simulque titulus:* Ego quid potui? sed tu culleum meruisti. *Ascriptum et columnis*, iam Gallos eum cantando excitasse; Plin. epist. VIII 8 § 7: *nam studebis quoque, et leges multa multorum omnibus columnis, omnibus parietibus inscripta, quibus fons ille deusque* [i. e. Clitumnus] *celebratur.* Plutarch. C. Gracch. 17: διὸ καὶ νυκτὸς ὑπὸ τὴν ἐπιγραφὴν τοῦ νεὼ [Ὁμονοίας] παρενέγραψάν τινες τὸν στίχον τοῦτον· Ἔργον ἀπονοίας ναὸν Ὁμονοίας ποιεῖ. Graecorum usum testantur hi: Schol. Aristoph. Vesp. 98: ἐπέγραφον δὲ οἱ Ἀθηναῖοι τὰ τῶν καλῶν ὀνόματα οὕτως· Ὁ δεῖνα καλός, cf. 99; Lucian. dial. meretr. 10, 4: ΧΕΛΙΔΟΝΙΟΝ. Ἐγὼ δὲ καὶ ἐπιγράψειν μοι δοκῶ ἐπὶ τοῦ τοίχου ἐν Κεραμεικῷ, ἔνθα ὁ Ἀρχιτέλης εἴωθε περιπατεῖν, Ἀρισταίνετος διαφθείρει Κλεινίαν, ὥστε καὶ ἐκ τούτου συνδραμεῖν τῇ παρὰ τοῦ Δρόμωνος διαβολῇ. ΔΡΟΣΙΣ. Πῶς δ' ἂν λάθοις ἐπιγράψασα; ΧΕΛ. Τῆς νυκτός, ὦ Δροσί, ἄνθρακά ποθεν λαβοῦσα. Adde quae adscripsi ad n. 1808; praeterea cf. Boettiger in *Amalthea* III p. 342, Avellino in *Memorie d. reg. accad. Ercol.* III p. 349 not. et *Bull. Nap.* V (1847) p. 154 not. 4, Garrucci *graffiti* ed. 2 p. 5.

2. De variis parietariarum inscriptionum generibus cum et in singularum huius syllogae partium prooemiis et in Indice epigraphico dixerim, iam exponendum mihi est de hominibus doctis, qui in eis describendis edendisque hucusque versati sunt. Ex quo tempore Pompeiorum parietinae refodi coeptae sunt, per multos annos pictae ac maxime graphio scriptae cum ab aliis tum ab eis, quorum esse debebat antiqua illa rudera non solum eruere sed etiam conservare memoriamque eorum propagare, parum curatae sunt neque huc usque quisquam de utrisque ita bene mereri voluit, ut et superstites ex parietibus ipse transscriberet et olim lectas editasque colligeret et emendaret. Cum vero eae inscriptiones ita comparatae sint, ut haud raro paullo post quam detectae sunt evanescant, saepe una cum opere tectorio vel delabantur vel corrodantur inminuanturque: permultae non descriptae prorsus perierunt, permultae male descriptae denuo nunc conferri non possunt.

3. In auctorum elencho primo loco ponenda sunt acta effossionum, quippe quae, cum de effossionum progressu perpetua continuitate referant, permultos titulos sola conservarint, omnes vero eis apographis exhibeant, quae titulis proxime detectis facta sint, quo tempore ut integriores extare ita lectu faciliores esse solent. His actis et publicis et privatis e codicibus manu scriptis editis libro q. i. e. Pompeianarum Antiquitatum Historia

Fiorellius optime de rebus Pompeianis meritus est.[1]) — Publica, ab a. 1748 usque ad 7 Iul. 1764 Hispanico, inde Italico sermone conscripta, ea sunt quae, ut Fiorellii verbis utar, a praefectis ei labori conscripta et Neapolim ad Musei correctores missa sunt. Quae relationes cum non integrae restent, eorum codicum mss. lacunas cum ex aliis schedis (hebdomadarias relationes, diurnalia, glossas, adnotatiunculas Fiorellius nominat) tum maxime ex codice Ribaviano, qui a. 1829 ab Aloysio Ribau ex integro actorum codice sermone Italico descriptus est, explevit Fiorellius, ut effossionum enarrationem „quamquam plurimis ex fontibus petitam“ perpetuam exhiberet. Haec fere sunt, quae brevius quam ut inde ea quae singuli codices contineant aut non contineant perspici possit de editionis suae fontibus Fiorellius praefatione indicavit, perpetuo quem promisit commentario uberius ni fallor quibus singula quaeque auctoribus codicibusque debeat enarraturus.[2]) Ea editio desinit in anno 1860. Ex posteriorum annorum actis ab officialibus scriptis (*Giornale dei soprastanti*) quaedam habentur in Fiorellii *Giornale degli scavi* 1862 n. 8—10 (2 Jan. — 14 Sept. 1862) et in *Giornale degli scavi. Nuova Serie*, vol. I n. 1—10 (1868 — Apr. 1869).

4. Praeter hanc actorum editionem usus sum Mommseni ex codice quodam manu scripto excerptis (acta mscr. vel acta Mommseni appellavi), quae pertinent ab a. 1748 ad a. 1830. Eum codicem non ab ipsis effossionum curatoribus conscriptum esse vel inde patet quod totus Italico sermone utitur; fortasse idem est atque quem supra memoravi Ribavianus. Multae in eo inscriptiones paullo aliter descriptae, videlicet ex alio fonte haustae, leguntur atque apud Fiorellium (cf. veluti n. 98 cum add.), aliarum mutilae litterae vel parum clarae typisque vix exprimendae melius repraesentantur quam in editione, alia, quae utpote levissima Fiorellius tacite correxit, intacta sunt relicta. In his excerptis afferendis quomodo versatus sim infra § 6 exposui.

5. Acta privata extant Caroli Weber a. 1755—1757 (apud Fiorell., Pomp. Ant. Hist. vol. I 2 p. 95[3]), alia Francisci La Vega a. 1763—1790 (vol. I 2 p. 102 Fior.), alia denique Raphaelis Amicone. Quorum ultimorum maximam partem, quae pertinet ab Nov. 1814 ad 6 Iul. 1831 et ab 15 Mai. 1837 ad 7 Sept. 1844 edidit Fiorelli l. c. vol. III; sed procedere usque ad a. 1846 intellegitur ex Mommseni I. R. N p. 112. Amicone de multis solus aut melius vel certe aliter atque publica acta tradidit.

6. Usus sum eis quoque quae Mommsenus ex Raphaelis Amicone codice ad has inscriptiones excerpsit; ea desinunt in mense Augusto anni 1845 (v. n. 1532); nominavi autem: Amicone mscr. — Editionis Fiorellianae et ab his et ab illis quae § 4 memoravi excerptis discrepantiam ubique notavi, nisi in levissimis quibusque rebus, quas Fiorellium typorum plerumque inopia coactum tacite correxisse mihi certum esset. Descriptionem tamen monumentorum locorumque indicationes ex impressis actis semper exhibui, quippe quae ab Mommseno brevius exscriptae sint.

7. Acta qua publica qua privata licet conscripta sint ab hominibus qui inscriptionibus parietariis legendis parum pares essent, non una tamen de causa aliis auctoribus praestare solent: etenim paullo post detectos titulos conscripta sunt, quo tempore, ut dixi, inscriptiones et integriores esse solent et lectu faciliores; deinde quia illi viri doctrinae vel sagacitatis laudem captare longe habebant, sincera fide ea sola testati sunt, quae oculis suis viderant, non ea se vidisse ipsi sibi persuaserunt, quae, ut sententiam mente temere conceptam utcumque parieti elicerent, videre vellent. Quare multae inscriptiones quamquam male lectae ita tamen descriptae sunt, ut apographi vestigiis insistens facile ad ipsam veritatem ducare. Tum hoc actis debetur, quod pictarum magnam partem sola servarunt; graphio scriptas exhibent paucissimas easque fere parum intellectas. Denique acta nisi extarent, fieri plane non potuisset, ut pictas inscriptiones secundum locos quibus extabant digererem.

8. Actorum loco praeterea habenda sunt haec, quae Fiorellii libro non conprehensa sunt: primum ea quae Orellius Inscr. Lat. Coll. n. 4909 „ex descriptione mss. amphitheatri“ edidit (v. nostras n. 1098 seqq.); deinde quae habentur in *Bullettino dell' Inst.* prioribus voluminibus: quorum eis quae ad annos 1829—1831. 1833.

---

[1]) Eorundem editionem inchoaverat libro q. i. e. *Giornale degli scavi di Pompei, Napoli* 1850—1851.

[2]) Pauca interim, quae de actis publicis ab ipso Fiorellio accepi addere possum haec: Triplex inde ab a. 1748 erat actorum genus; primum eorum quae ab opificibus (*maestri fabbricatori*) ad officiales (*soprastanti* vel *architetti*), alterum eorum quae ab his ad directores (*architetti direttori* vel *soprintendenti degli scavi*), tertium eorum quae ab his Neapolim ad praefectos regios vel ad musei correctores relata sunt subscriptis plerumque auctorum nominibus. Quae nomina cum Fiorellius, commentario ut puto reservata, ipsi actorum contextui non inseruerit, operae pretium facturus esse mihi visus sum subiecto eorum virorum elencho, qui inde ab a. 1748 ad hoc tempus effodiendorum Pompeiorum curam egerunt. Eum debeo amicae voluntati Fiorellii, qui sua manu perscriptum mihi transmisit.

I. *Soprintendenti degli scavi.*	II. *Ispettori.*	III. *Architetti direttori dello scavo.*	IV. *Architetti locali o subalterni.*	V. *Soprastanti.*	VI. *Uffici minori e diversi.*
Felice Nicolas 1806	Raffaele Minervini 1811-1815	Rocco Gioacchin. Alcubierre 1748-1780	Carlo Weber 1750-1764	Gioacchin. Perez Conde 1766-1799	Antonio Scognamiglio capo mastro 1757-1781
Michele Arditi 1807-1839	Giuseppe Fiorelli 1847-1849	Francesco La Vega 1780-1804	Francesco La Vega 1765	Giuseppe Civitelli 1811-1824	Pasquale Scognamiglio capo mastro 1781
Francesco M. Avellino 1839-1850	Giuseppe Fiorelli 1860-1863	Pietro La Vega 1804-1815	Mariano Manzilli 1811-1815	Antonio Imparato 1811-1824	Antonio Imparato capo d'opera 1781
San Giorgio Spinelli 11 Mai. 1850 — 10 Apr. 1863		Antonio Bonucci 1815-1825	Carlo Bonucci 1828-1848	Raffaele Amicone 1813 [— 10 Apr. 1829; 15 Mai. 1837-1846]*)	[Nicola Gargano incaricato degli scavi 1807, v. Fiorelli Pomp. ant. hist. I 2 p. 177 et 185]
Giuseppe Fiorelli 29 Nov. 1863		Nicola d'Apuzzo 1825-1828	Raffaele Campanelli 1852	Francesco Scognamiglio 1813	Mariano Manzilli sorvegliante 1815
		Pietro Bianchi 1832-1848		Mauro Imparato 1820	Pasquale Scognamiglio sorvegliante 1815
		Giuseppe Settembre 1849-1851		Francesco Imparato 1820	
		Guglielmo Bechi 1851-1852		Gabriele Cirillo 1847-1849	
		Gaetano Genovese 1852-1862		Andrea Galella 1850	
		Michele Ruggiero 15 Sept. 1862		Gabriele Cirillo 1851-1860	
				Antonio Imparato 1859 [-1867]	
			*) Uncis inclusa ipse addidi.	Nicola Pagano 1860-1862	
				Domenico Scognamiglio 1860	
				Andrea Fraja 1860	

[3]) Eadem prius edita erant in Annalibus Instituti Archaeol. II p. 42 et Monumentis eiusdem Instituti I t. 16; ubi tamen inscriptionum aliae ex parte exhibentur, aliae omissae sunt. Schedas et tabulam Instituto, ut ab Eduardo Gerhard accepi, transmiserat De Iorio, in cuius manibus tum erant; cf. Cesare, *Le più belle ruine di Pompei. Napoli* 1845 p. 85.

1834 spectant, multae inscriptiones parietariae continentur; tum quae annalibus auctoritate regia editis (*Annali civili del regno delle due Sicilie*) B. Quarantae (ab a. 1833—1847) et Moschittii (ab a. 1854 — Apr. 1855) cura prodierunt ex actis publicis fere transscripta, ut tamen de quibusdam sola referant: v. n. 241. 531—533. In eis quod aliquotiens ROB pro ROG (velut n. 839), E pro O^F (n. 837. 838), N pro R (n. 837) inpressum legitur, id haud dubie inde repetendum est, quod typographus in auctoris exemplari legendo ita erravit, ut G, O^F, R minusculas litteras *b*, *e*, *n* esse putaret; denique quae in R. Guarinii libellis ex Jorii schedis et aliunde sumta reperiuntur, v. ad n. 151 seqq., pag. 26 lin. 12, n. 1183.

9. Secuntur diaria, quae per singulos annos de effossionum progressu rettulerunt, inscriptionumque apographa paullo post quam detectae fuere facta continent. Guilelmus Bechi in Musei Borbonici voluminibus I—XIV de eis quae a Nov. 1823 ad Ian. 1852 Pompeis effossa sunt enarravit, permultosque titulos inseruit a se ipso descriptos; sed prooemio, quod illis relationibus (*relazioni degli scavi*) praemisit (vol. I p. 1—9) quotquot affert inscriptiones non dubium est quin non ipse viderit (quamquam *si legge* similiaque addit) sed ex actis petiverit. Deinde hoc sciendum est, pro nota O^F, quam OR i. e. *orat* interpretaretur, hoc OR eum, ubi in pariete erat O^F, posuisse eiusque exemplum imitatos esse alios velut Quarantam in Annalibus civilibus; cf. ad n. 619. Denique pictorum titulorum imagines, quae ligno incisae apud Bechium habentur, non ad exempla delineata sed ad apographa non fidissime litterarum formam defingentia repraesentatas esse facile perspicitur; quare non possumus non magno opere mirari, quod Niccolinii in opere suo (*Case e Monumenti*) talia repetere quam unam ex superstitum inscriptionum multitudine ad ipsum parietem depictam exhibere maluerunt.

10. Eiusdem Musei Borbonici voluminibus XV et XVI (cuius ultimi prior pars a. 1857, altera a. 1867 prodiit) Ioannes Bapt. Finati de effossionibus ab a. 1852 ad a. 1857 factis rettulit, sed et minus plene quam Bechius et ita ut multa ex inpressis libris sumeret. Eius autem viri in eodem volumine edendo quanta fuerit levitas insigni exemplo probari et potest et debet; viae enim q. d. *dei sepolcri* forma, quam vol. XVI tab. XIV exhibet a Genovesio delineatam, eodem plane modulo nullaque una littera addita descripta est ex Gellii et Gandyi libro Londini a. 1817—1819 edito, ita ut quaecumque inter a. 1819 et 1857 detecta sunt in ea desiderentur.

11. Bvllettino dell' institvto. Eo praeter illa quae ex actis publicis edita exhibentur (v. § 8), multae inscriptiones parietariae editae sunt ab Francisco M. Avellino a. 1831 et 1841, ab Henr. Guil. Schulz a. 1841 (cf. *Annali dell' Inst.* X. 1838), ab Adolpho Michaelis a. 1858, ab Adolpho Kiessling a. 1862, a me ipso a. 1865 et 1867, a Richardo Schoene a. 1867, a Renardo Kekulé a. 1867, ab Henrico Heydemann a. 1868, a Friderico Matz a. 1869.

12. Bvllettino archeologico napoletano ab a. 1843 ad a. 1848 ab Avellinio, a. 1853 a Garruccio et Minervinio, deinde usque ad a. 1862 a solo Minervinio editum.

13. Giornale degli scavi di Pompei *pubblicato da Gius. Fiorelli*, cuius quae prodierunt ad annorum 1861. 1862. 1865 particulas pertinent. A tribus his viris, Avellinio, Minervinio, Fiorellio uberrime et accuratissime de illorum annorum effossionibus relatum est.

14. *Giornale degli scavi di Pompei. Nuova serie pubblicata dagli alunni della scuola archeologica.* Vol. I; cuius qui editi sunt fasciculi n. 1—10 ad effossiones a. 1868 et 1869 spectant.

15. Ceteri libri, quibus inscriptiones parietariae continentur hi sunt: Dissertationis Isagogicae ad Herculanensium voluminum explicationem pars prima. Neapoli 1797. — Eam ex materia ab Alexio Symmacho Mazochio collecta edidit Carolus Maria Rosini. Partes altera et tertia non prodierunt, quamquam haec citatur p. 13 not. 11 (v. ad n. 2512). Cf. Castaldi, *Accad. Ercol.* p. 61 et 223; Arditi, *Il fascino* p. 2 not. 2; De Blasiis in Fiorellii *Giornale* 1862 p. 25 seqq. — Continet graphio scriptam fortasse nullam (v. n. 2512), sed multas pictas inscriptiones, quarum cum bona pars in museo Neapolitano reposita superstes sit, satis accurate, quamquam aliquotiens infeliciter, rem gessisse Mazochium Rosiniumque diiudicare potui.

16. In egregio Francisci Mazois architecti opere paucae reperiuntur quae huc spectent inscriptiones, sed accurate ab ipso descriptae, exceptis tamen eis, quae vol. III tab. I conpositae sunt, non ex imaginibus ab Mazoisio delineatis sed ex aliorum auctorum apographis repraesentatae: v. ad n. 138. De aliis quas sine fraude ipse confinxit v. ad n. 140* seqq. Primus rubrica scriptas edidit; v. n. 88 et 90. — Pompeis degebat ab a. 1808 usque ad Muratiani imperii finem, deinde a. 1816; mortuus est a. 1826. Cf. Index Auctorum.

17. Porro conmemorandi sunt Clarac, Millin, Arditi, Avellino, Gell & Gandy, Anonymus in *Wiener Jahrbüchern*, de Iorio, Goro, Garrvcci, Minervini, Falkener et si qui sunt alii, qui opusculis suis, quae Indice Auctorum indicavi, nonnullas inscriptiones parietarias inseruerunt. Eorum his Arditio, Avellinio, Iorio maxima praeter ceteros tribuenda est auctoritas, quippe qui rerum Pompeianarum gnari in legendisque titulis satis versati essent; Iorii libellus praeterea ad acta recte intellegenda maximae mihi saepe utilitatis fuit. Gell & Gandy eo nomine laudandi sunt, quod locos ubi inscriptiones viderant accurate indicaverunt.

18. Denique nomino hos testes parum idoneos, qui inscriptiones vel ex libris inpressis neclegenter repetiverunt vel male ipsi ex parietibus descripserunt: Romanellivm, qui libros suos a. 1811 et 1817 editos quamquam in hominum peregrinantium usum composuit, excusari tamen non poterit, quod titulos eo modo diffinxit, interpolavit, falsis locis attribuit (v. n. 479—480. 485. 1093. 1162. 1187), ut quaecumque eius unius testimonio tradita sunt fide fere prorsus carere existimanda sint (v. n. 830*a*—830*c*. 1200); nisi quod locatio n. 138, cuius non extare nisi Romanellianum apographum docuisse mihi videor, quamquam in quibusdam partibus falso descripta est, universo tamen contextu genuinam se prodit; Bonvccivm, qui tantum non omnia ex actorum schedis vel ex inpressis libris parum accurate repetivit, nec vero prorsus reiciendus erat propterea, quod de quibusdam rebus vel solus vel inter paucissimos tradidit; Gvarinivm cuius libellos permultos magno temporis dispendio, rei emolumento fere nullo excussi; praeter hos enim n. 8 et 9 nullum opinor titulum ex ipso pariete descripsit, ceteros omnes ex libris vel editis vel ineditis (velut ex Iorii schedis sive actis, v. n. 151 seqq., pag. 26 lin. 12, n. 1183) excerpsit suppresso plerumque auctoris sui nomine. Libri splendidissimi a Niccolinis editi (*Le case e monumenti di Pompei*) commentarium qui scripsit, is inscriptiones

omnes ex *Bull. Napol.* et aliunde ita repetivit ut adeo typographicos aliquot errores non corrigeret. Quare hunc commentarium numquam citavi; tabulis usus sum, si cuius aedificii formam alibi nondum editam exhibent (v. ad n. 805*b*), ad inscriptiones autem solas has n. 879 et 2330, quae ad ipsa archetypa videntur repraesentatae esse.

19. Quoscumque hucusque attuli libros, ii paucissimis exceptis pictas solas inscriptiones exhibent, non graphio scriptas. Ad quarum auctores antequam pergam tribus verbis commemorandum est GARRVCCIVM (*Bull. Nap.* 1853 p. 150) et DE PETRAM (*Sulle condizioni delle città italiche* p. 73—79) candidatorum programmata quaedam composuisse; quorum hic uno n. 1045 excepto omnia ex impressis libris, ille plura ex suis apographis, sed parum diligentibus, exhibuit.

20. Inscriptiones graphio exaratae usque ad annum huius saeculi trigesimum alterum paene omnino neclectae sunt. Unde factum est, ut cum aedificia publica, quorum parietibus permulta id genus inscripta fuisse vel scimus vel certis indiciis conicere possumus, velut amphitheatrum, theatra cum porticu, basilica, ante illud tempus effossa sint, delapso interim vel corroso opere tectorio magnam fecerimus iacturam numquam reparabilem. Actorum enim scriptores paucissimas exhibent, easque fere omnes ita descriptas, ut ex paucis sententiam elicere possis. Primae earum sunt n. 2132—2134, in Isidis aede detectae; quarum apographum, quod litterarum formam imitari ex Mommseniano apparet, quominus ad ipsum codicem edere potuerim, factum est casu infelici: etenim a. 1868 cum Fiorellius delineandum mihi traditurus esset, ipsae illae schedae frustra quaerebantur. Aliae deinde habentur in actis a. 1767 et 1813 e ludi gladiatorii (v. n. 2473 seqq.) et basilicae (v. n. 1819. 1825. 1897. 1948. 1949) parietibus descriptae. Ex actorum codice eas ediderat Garruccius *graffiti* ed. 2 p. 9 et p. 14.

21. Christoph. Theoph. DE MVRR libello, q. i. e.: Specimina antiquissima et q. s., quique prodiit Norimbergae a. 1792, ex ludi gladiatorii (quod castrum militare esse tum putabant, cf. sub n. 2481*a*) columnis ab homine Italo anno 1783 descriptas et ab amico eodem anno sibi transmissas inscriptiones XXV edidit ligno incisas; quarum pleraque pars ut non recte excepta erat ita non mirabimur quod a Murrio infelicissime explicata est. Paullo meliora sunt apographa, quae idem Mantissa a. 1793 edidit, undecim inscriptionum, inter quas tres sunt, quas iam in priore libello repraesentaverat. De ea Mantissa Murrius „ab amico aestumatissimo, inquit, qui meam lucubratiunculam legerat, accepi e dulcissima Parthenope istas delineationes exactissimas, veram litterarum magnitudinem exhibentes“. Ego XVI inscriptiones Murrianas, quas vel ipse reppererim superstites vel alii testes idonei viderint vel bene descriptas putaverim, huic syllogae inserui, reliquas inter inscriptiones suspectae lectionis amandavi. — Murrio soli debetur velut n. 2483.

22. Post Murrium primus CLARAC graphio scriptas curavit, qui in libello *Pompei* inscripto n. 2450 et 2468 accurate delineatas exhibuit; deinde paucae innotuerunt GELLII et GANDYI libro a. 1817—1819 edito (v. n. 1779. 1842. 2432), aliae debentur huius libri censori anonymo in ANNALIVM VIENNIENSIVM a. 1822 vol. XX (v. n. 1819. 1842. 1936. 1939. 1943), aliae ex basilicae parietibus exscriptae Caroli BONVCCI libello (v. ad n. 1819), ex quo fere repetivit GELL in Pompeianis suis a. 1832 editis; aliae denique circa eosdem annos Musei Borbonici et *Bull. dell' Inst.* voluminibus.

23. Chr. WORDSWORTH ex largo numero (v. ipsum p. 31) earum quas aestate anni 1832 Pompeis descripserat praeter n. 64 pictam parietariam et n. 2552. 2589. 2628. 2629 quas in amphoris legit triginta duas graphio scriptas scite selectas edidit a. 1837. Fere omnes ligno incisas exhibuit, nec vero ad exempla delineata, sed ad apographa, quae litterarum formam a vera non mediocriter distantem repraesentant, ita ut ipsorum archetyporum lectio multo sit expeditior. In legendis inscriptionibus quod saepius ab eo erratum, deinde quod veram versuum distributionem in multis inmutatam deprehendimus (exceptis enim n. 1950. 1951. 2462 omnes repperi parietarias), ea facile excusabimus in eo, qui fere primus titulos lectu difficiliores attigit ac fortasse non ut prelo mandaret descripsit. Praeterea fortasse adnotatis suis male intellectis eo inductus est, ut hanc n. 1870 lacuna, pictam n. 64 integro versu interpolaret. Verum omnino libello suo eleganter lepideque scripto optime de re nostra meritus esse censendus est, quippe quo effecerit, ut inde ex illo tempore hoc inscriptionum genus minus neclegi coeptum sit etiam ab eis ipsis qui eruendorum Pompeiorum curam agebant.

24. Franciscus Maria AVELLINO, vere doctus sinceraeque fidei homo, dissertatione a. 1840 apud academicos Herculanenses lecta (*osservazioni sopra alcune iscrizioni e disegni graffiti sulle mura di Pompei*) has n. 1422. 1421. 1333—1365 aere accurate incisas et maxima ex parte non male lectas, plures deinceps in eius *Bull. Nap.*, quod ipsius cura prodiit, sex voluminibus edidit. Eiusdem viri optimo consilio debetur, quod operis tectorii partes inscriptionibus opertae nonnullae ex basilicae (v. ante n. 1780) et viae Mercurii (v. ante n. 1333) parietibus excisae et in museum Neapolitanum translatae sunt.

25. Anno 1840 Ioannes Ferdinandus MASSMANN Libello suo Aurario, quo tabulas ceratas in fodina auraria Transilvaniae repertas edidit, aliquot inscriptiones graphio factas unamque rubrica scriptam (n. 89) ex Boeckhii, Augusti filii, apographis ligno incisas exhibuit. Ipse auctor exemplaria sua quae ex Boeckhii apographis ut ligno incideret charta pellucida delineaverat utenda mihi dedit; quae intellexi accurate in libro repetita esse. Accessit autem ex eis unum fragmentum n. 26*. — Plurimae earum inscriptionum a me vel a Mommseno repertae sunt; ut apographa licet fideliter non satis tamen perite facta esse, Massmannum autem in eis legendis parum feliciter versatum esse intellegere potuerim. Quare eas quae vel perierunt vel certe nos latuerunt, in inscriptionibus quae sunt suspectae lectionis exhibui; ut autem lectorum temporibus parcatur (difficillimum enim erat ad suam quodque apographum inscriptionem revocare), omnium elenchum infra exhibui. § 139] n. 1274. 1304. 1321. 1322. 1764. 2477*a*? 19*. 1205. — § 140] n. 1768 v. 2. 20*. 1480 v. 1. 21*. — § 141] n. 1479. 1767. 1475. 1271. 22*. 23*. 1294. — § 142] n. 1326. — § 143] n. 1768 v. 1. — § 145] n. 1272. 24*. 1774 (not.). 89. 25*. 1466. 1270. 1295. — Denique § 146] pictam n. 202 ex Museo Borb. repraesentavit.

26. Iosephus FIORELLI per plures annos quidquid graphio scriptarum in parietibus Pompeianis latebat investigaverat descripseratque, ut iacturam gravissimam eo fecerimus, quod eius schedae anno 1849 ab amico male et Fiorellio et sibimet ipsi pavente flammis combustae sunt. Paucas quas Mommseno donaverat in nostris repperi (v. n. 1222*a*. 1229—1231*a*. 1247*a*).

27. Raphael Garrvcci inscriptionum graphio scriptarum quas ipse in parietibus Pompeianis [1]) reppererat, optimo sane consilio, syllogen edidit libro, cuius prior editio inscripta est: *Inscriptions gravées au trait sur les murs de Pompéi.* et q. s. *Bruxelles 1854*; altera: *Graffiti de Pompéi* et q. s. *Paris 1856.* — Qui posterior liber intellegendus est, ubicumque auctorem simpliciter citavi. Inspexi etiam priorem editionem; in qua tabularum (exceptis XXIX—XXXI quae huic desunt) typus plane idem est; ex eiusdem commentario qui multis differt, si quae memoratu digna viderentur adnotavi. — De tabulis suis auctor ipse p. 1 haec notavit quae secuntur: *Presque toutes les inscriptions reproduites dans ce recueil ont été calquées de ma main* [i. e. charta pellucida delineatae]; *je le dis pour qu'on sache que je m'en fais garant. Lorsque je les ai seulement dessinées* [i. e. descriptas], *j'ai soin d'en avertir.* Nec vero promisso stetit; nam praeter eas quas p. 86 dicit tab. XXVI. XXVII. XXVIII (excepta n. 35), alias quoque ex apographis exhibuit velut n. 1555. 1605 seq. 1760. Exempla eius delineata eo maxime vitiosa sunt, quod lineas solas eas, quas per chartam pellucidam ipse vidit, repraesentant, ceteras quasque omittunt; unde litterae Garruccianae fere omnes in lineas seorsum positas discerptae sunt, fere nulli plena et vera forma ita servata est, ut graphii ductum agnoscere recte possis, eiusque inscriptiones contra atque esse debet lectu sint multo difficiliores quam ipsae Pompeianae. Haud raro tamen in alteram etiam partem peccavit, ut lineas vel lineolas quae in pariete non extant addiderit (velut n. 1555. 1760. 1901. 1917). Apographa eius, quorum litteras magis etiam a vera forma discedere vix est quod addam, quoad cum parietibus conferre potui raro ita facta esse deprehendi, ut omnino recte se habeant [2]). Praeterea exempla eius qua delineata qua descripta eo nomine manca esse solent, quod tectorii lacunas, quibus inscriptionum particulae perierunt aut periisse possunt, rarissime indicant. Haec quae dixi ita se habere quia paucis earum inscriptionum quas ipse repraesentavi cum Garruccianis collatis intellegere quivis potest, singula non est cur exemplis comprobem. Nec minus longum est plene enumerare quibus locis versus vel male vel omnino non diviserit vel versuum ordinem inverterit (cf. velut n. 1272. 1306 seq. 1781 seqq. 1792. 1878. 2052.), unam inscriptionem in plures partes discerptam diversis locis dederit (velut n. 1901), diversas coniunxerit (velut n. 1337. 1343 seq. 2060. 2325 seq.), denique quibus locis tabularum imago cum commentario discrepet (velut n. 1773. 2450 v. 3), ut taceam de auctoribus librisque male citatis. — Locum quo quaeque inscriptio extet fere semper tacuit, numquam autem satis accurate ita ut reperire queas indicavit; quod tamen scire magni est momenti propterea, quod aliae saepe inscriptiones ex aliis iuxta positis, non paucae ex ipso loco quo exaratae sunt lucem accipiunt; in Garrucciano libro eo magis desiderabat, quisquis alia eius opuscula noverat. Mihi, qui quidquid operis tectorii in parietinis Pompeianis restat ita pervestigavi, ut plures etiam quam Garruccius in eisdem paribus reppererim, hoc solum inde redundavit incommodum, quod eius apographa ad quas singula inscriptiones pertinerent difficillimum saepissime erat dignoscere. Ille ut se excusaret, locos indicandos sibi fuisse hoc libro negavit (t. VII prooem. p. 61 et p. 102), quippe quo id solum spectaret, ut rem palaeographicam litteraturamque cursivam tractaret. Quod si verum esset, in maiorem reprehensionem incurreret, quandoquidem litterarum formam, ut supra monui, perperam exhibuit. At ficticiam illam esse causam facile inde intellegitur quod in eis solis quas tab. VII composuit scripturae genus spectavit, in ceteris vel nullum vel alium ordinem secutus est, velut t. I alphabeta, t. II Oscas et Graecas vel Graecanicas, t. III—IV 5 consulares et imperatorias, t. IV 6—VI carmina, t. IX—XV gladiatorias vel amphitheatrales exhibuit, reliquis tabulis varias nulla fere vel scripturae vel argumenti ratione habita distribuit. Ac figuras gladiatorum inscriptionibus carentes certe non eo consilio libro suo inseruit, ut cursivae litteraturae originem illustraret. Immo cum alia fortasse quadam de causa tum suopte more fecit, quod locos non indicavit, ut non indicavit in aliis opusculis, quibus ad rem archaeologicam vel epigraphicam illustrandam id genus inscriptiones edidit. Denique dubitari utique licet, num ipse sibi locos in schedis suis accurate notaverit; scilicet ea quae paucissima de hac re inde protulit, fere falsa sunt (v. n. 1085. 1768). — Non minus hoc nomine vituperandus est Garruccius, quod utrum lectio expedita certaque an difficilis incertaque sit, fere nusquam adnotavit, et in eis quae vel ab ipso non expedita sunt vel suapte natura expediri non possunt, cum commentario vestigia quoad eius fieri poterat typis repraesentare deberet, tamen ut quovis modo vocabula et sententiam exsculperet, talia monstra prodidit, qualia habes velut n. 1263. 1353*b*. 1472. 1477. 1510. 1578. 1593. 1820. 1841. 1921. 1937. 2442*a*. 2459. 3203, atque adeo quasi vere antiqua indici suo eorum plurima inseruit. Ut paucis dicam quod sentio, Garruccius hoc libro non minus quam aliis bene meritus est quatenus antiquorum monumentorum quae collegit memoriam servare voluit; idem tamen rem ita gessit, ut pleraque omnia tuismet oculis examinare cupias; omninoque eorum quae Eckhelius de Huberti Goltzii nummis (vol. VI praef.) dixit, haec quae secundo tertioque loco posuit, „numos omnes ab uno hoc viro promulgatos aut putandos esse ..... vafre ac subdole descriptos, aut, si qui fraude carere videantur, saltem suspectos tamdiu, donec aliorum testium accedat auctoritas", apprime conveniunt in has inscriptiones a Garruccio editas. — Quae cum ita essent, excepta n. 1769 quam propter n. 1768 precario admisi, omnes inscriptiones graphio exaratas ab eo solo descriptas inter eas, quae falsae vel suspectae lectionis sunt, reieci.

28. Iulius Minervini libelli *Bullettino Napolitano* per annos 1854—1862 et Iosephus Fiorelli illius *Giornale degli scavi di Pompei* per annos 1861—1865 editores multas graphio scriptas illis annis detectas protulerunt accurate descriptas. De Fiorellii schedis v. § 26.

29. Fridericus Ritschelivs opere suo q. i. e. Priscae Latinitatis Monumenta Epigraphica, duodetriginta inscriptiones graphio exaratas ad exempla quibus uti poterat summa qua solet fide repraesentavit. Quarum alias tab. XVI n. 1—21 delineationibus Fiorellianis, alias t. XVII n. 22—25 Garruccii libro, alias t. XVII n. 26. 27. 29 Mommseni apographis debuit; t. XVII n. 28 autem rubrica potius scripta est, v. n. 89.

30. Quaedam porro habentur in Museo Rhenano vol. XVII (1862) ab Curtio Wachsmvth, in *Bull. dell' Inst.* ab Adolpho Kiessling (1862), Richardo Schoene (1867), Renardo Kekvlé (1867), Henrico Heydemann (1868), Friderico Matz (1869) editae. — De eis quae nuperrimae repertae sunt rettulerunt scholae archaeologicae Pompeianae alumni in *Giornale degli scavi di Pompei* inde ab anno 1868 edito.

[1]) Eidem operi insertae sunt Romanorum parietum inscriptiones his locis: tab. X 2, XII, XXV 2 et 4, XXVIII 22. 23. 30. 32. 33. 34, XXX, XXXI.

[2]) Ipse Garruccius mihi narravit se opus suum contra academicorum Herculanensium voluntatem et collegisse et edidisse, ut nisi clam vel corruptis custodibus inscriptiones delineare et describere sibi non liceret. Quod ut verum esse comperi, ita eum aliquatenus excusat; modo in libro suo ingenue fassus esset, ne lector eum ut rem parum accurate gereret coactum fuisse ignoraret.

31. De parietariis inscriptionibus commentati sunt Otto Jahn in *Berichte der Sächsischen Ges.* 1857, qui non paucas ibi ex Mommseni schedis exhibuit; eodemque anno Franciscus Bvecheler in *Rhein. Museum* vol. XII, breviusque in *Neues Schweizer. Museum* 1863 p. 14 seqq.

32. Enumeratis eis auctoribus, quorum curis inscriptiones parietariae Pompeianae editae vel explicatae debentur, iam exponendum mihi est, quo pacto ipse in colligendis edendisque his inscriptionibus versatus sim, ut quid praestare potuerim vel certe voluerim intellegi possit. Vere igitur anni 1865 postquam Henzenus Mommsenusque academiae regiae Berolinensis nomine mihi hanc Corporis Inscriptionum Latinarum partem edendam detulerunt, Roma, ubi quae in montis Palatini parietinis nuper refossis extabant graphio exarata transscripseram, profectus Neapolim Pompeiosque adii. Ubi per quattuor fere menses (ab Aprile ad Iulium) commorans ea quae ex parietibus Pompeianis exsecta in museo Neapolitano extant describebam, Pompeis ipsis omnes parietes etiam atque etiam perscrutabar, quidquid ibi pictum scriptumve repperi excipiebam vel describendo vel charta pellucida delineando vel laminis stanneis exprimendo; simul autem ea quae ante me lecta editaque reppereram ad archetypa ipsa denuo conferebam. Herculanenses quoque parietinas perlustravi, ubi in eis aedificiis, quae nunc sub divo sunt (inter annos 1828 et 1838 detecta), paucissimas inscriptiones repperi has n. 2513. 2513*a*. 2521, theatri autem parietes ad funalium licet parcum lumen agnovi noviciorum hominum inscriptiunculis ita opertos esse, ut si quid ibi antiquitus exaratum sit, id eis oblitteratum deletumque esse putandum sit.

33. Mense Augusto anni 1865 in Germaniam redux a Mommseno accepi ea quae ipse in eiusmodi syllogae usum olim sibi collegerat. In quibus praeter alia, quae nullius aut parvae mihi utilitatis fuerunt, haec inerant: Inscriptionis n. 1084 apographum e Caietani Marinii schedis Vaticanis exscriptum, Fiorellii schedae aliquot (v. supra § 26), anonymi cuiusdam schedae, de quibus dixi in Indice Auctorum; deinde Mommseni ipsius schedae, quibus continentur cum ea quae ex libris inpressis et ex actis manu scriptis (v. § 4 et 6) excerpserat, tum permultae inscriptiones parietariae a. 1846 et Pompeis et Neapoli ab eo descriptae et in edendis regni Neapolitani inscriptionibus tantum modo propter bibliopolae rationes praetermissae [1]). Ex his apographis Mommseni, quem etiam in hac re summa et diligentia et sagacitate versatum esse vix est quod addam, nonnullas graphio scriptas, plures autem pictas, quae a. 1865 perierant vel minus integrae extabant, exhibui. Eius dissensum in dubiis semper notavi; ubicumque me ipsum recte legisse persuasum habui, notare omisi. — Quaedam ex his schedis iam ediderant Mommsenus ipse *Rhein. Museum* 1847 p. 457 seqq., Otto Jahn *Berichte der Sächs. Ges.* 1857 p. 192 seqq., Fridericus Ritschl P. L. M. E. t. XVII 26—29 et *Rhein. Museum* 1862 p. 139.

Denique a Mommseno rogatus Adolphus Kiessling quas Pompeianas a. 1862 per octo dies exscripserat mihi utendas transmisit. Inter eas (sunt autem maxima ex parte pictae) paucas quas ipse non videram inveni, aliarum, quarum a. 1865 lectio incerta evaserat, apographa non sine utilitate adhibui. Mommsenum Kiesslingiumque saepius testes subscripsi [2]) etiam si de mea lectione non esse dubitandum mihi constaret, neque eorum apographis quisquam vel plenius vel melius exhiberetur; id quod eo consilio feci, ut ea quae alii male legerant complurium testium auctoritate fortius refutarentur exploderenturque, neve laborem ab illis duobus viris in eis rebus collocatum in schedis sepultum iacere sinerem. Ceterum hoc non omittendum est, et Mommsenum et Kiesslingium de apographis suis legendis expediendisque adnotasse rarissime, ut si quae ipse non viderim eorum quam exhibui lectionem meam esse diserte admonendum sit. Quae res quantum habeat difficultatis quantumque poscat cautionis facile mihi credet, quicumque apographa talia, quorum lineae plumbo factae evanidae saepe sunt, adhibuerit.

34. Excussi etiam quas Henricus Iordan a. 1862 sibi in pugillaribus suis notaverat; eiusque testimonio usus sum ad n. 823.

35. His igitur subsidiis instructus nihil antiquius habui nisi ut inscriptiones secundum vias et aedificia ubi extant vel extitisse traduntur in ordinem digererem; quod ad inscriptiones recte intellegendas non parvi esse momenti supra (§ 27) iam significavi, necessarium autem erat vel propterea, quia pictarum inscriptionum permultae inter se sunt aut simillimae aut eisdem plane verbis compositae, ut utrum idem exemplar necne a diversis auctoribus exhibeatur nisi locis certe definitis non possit dignosci. Omnino autem si quis res Pompeianas cognoscendas describendasque susceperit non parvum ex his indicationibus fructum accepturum esse certum est. Sed inscriptiones secundum locos in quibus repertae sunt ordinare cum facillimum esset in eis quae graphio scriptae sunt, quippe quarum maximam partem ipse viderim, summi ac molestissimi mihi fuit laboris in eis pictis quae ex actis tantum, Museo Borb. aliisque quibusdam libris notae sunt, quorum editores in hac re tanta saepe ambiguitate usi sunt, vix ut credi possit. Cuius generis exempla aliquot subieci: velut in actis a. 1826 p. 143 extr. et p. 164 extr. fullonica in via quae a foro ad portam Isiacam sive Nolanam ducat sita esse dicitur; deinde acta a. 1814 seqq. quomodo basilicae appellatione abusa sint, dixi p. 42; tum actis a. 1813 porta Isidis sive Nolana vocatur „*porta di settentrione*“; cf. praeterea ad n. 670. Bechius Mus. Borb. II p. 11 (cf. ad n. 182) et IV p. 1 dextram pro sinistra, IV p. 2 lin. 4 sinistram pro dextra, X p. 8 meridionale fori latus pro septentrionali, Minervinius *Bull. Nap.* 1859 p. 115 ludi gladiatorii latus orientale pro occidentali posuit; similiterque alii passim erraverunt. Ne Avellinius quidem, alioquin accuratissimus, a similibus satis cavit, velut *Bull. Nap.* IV (1846) p. 3 quod habet *a sinistra* intellegendum est ad dextram; cf. ad n. 1507 (add.). 1548. 1989. 1991. — Earum igitur quas ipse vidi locos ubique accurate descripsi, adiectis tamen si opus esse visum esset etiam aliorum auctorum indicationibus; ubi quaecumque adnotavi sine auctoris nomine, ad me referenda esse scito. Nec minus ad ceteras quae nunc perierunt ea quae earum auctores notassent exscripsi et ita exscripsi, ut fere semper ipsissima eorum verba retinerem.

36. Recepi autem in hanc syllogen inscriptiones Pompeianas latinas quaecumque penicillo pictae vel carbone terrave aliqua

---

[1]) 'Invitus exclusi', Mommsenus ait praefationis p. VIII (1852), 'quae non incisa, sed in muris et vasis stilo vel atramento miniove scripta Pompeiis praesertim observantur; quae collegi quantum potui diligenter et digessi editionique paravi, sed a bibliopola flagitare non sustinui tabulas, quibus titulos graphio exaratos cursivis plerumque litteris describendos esse intelligebam. Quod si qua posthac edendi occasio offeretur, labori me non defuturum esse spondeo'.

[2]) Ubi hoc „descripsimus (MZ)“ vel simpliciter „descripsimus“ posui, Mommsenum et me; ubi „descripsimus (MKZ)“, Mommsenum, Kiesslingium, me intellegendos esse scito.

scriptae vel graphio aliusve instrumenti cuspide incisae vel scariphatae sunt. His additae sunt signaculorum inscriptiones tectorio inpressae, deinde paucae scalpro incisae, quarum aliae suapte natura eodem plane atque parietariae loco habendae sunt, aliae medium quendam inter parietarias et monumentales locum tenent; eas composui indicis XVI parte III. Operis musivi titulos, utpote qui legantur in Mommseni Inscr. Neap., exclusi omnes. — Non omisi autem paucissimas, quae ex Herculanei aliorumque oppidorum a. p. Chr. 79 Vesuvio obrutorum ruinis restant; sunt autem hae: Herculanenses 1175. 1176. 2513. 2513*a*. 2521, Stabiana 1175*f*. — Graecas vel Graecis litteris scriptas, exceptis incertis quibusdam et talibus quales habes apud Helbigium *Wandgemälde* n. 170*b*. 858. 859. 865. 868. 871. 878. 887. 893, inserui omnes, ne, quia Corporis Inscriptionum Graecarum altera editio sero fortasse prodibit, frustra alibi quaererentur; ut autem sunt et paucae numero et ambitu breves ita Latini Corporis naturae et colori parum officient; denique non solum argumento verum saepe etiam ipso sermone (quo nonnullae vel plane Latino vel mixto ex utraque lingua utuntur) artissimo cum ceteris coniunctae sunt vinculo. — Editorum titulorum huius corporis legibus obsecutus nullum sciens omisi. Quod ad eas quae schedis meis solis debentur, attinet, erunt fortasse quibus nimius fuisse videar in recipiendis eis quae vel mutila vel incerta sunt. Qui reputarint velim, hac sylloge, quae post tot deperditas inscriptiones prima prodit, curandum fuisse, ut quae qualesque iam superstites sint unusquisque plene habeat quo aestimare possit, deinde meminerint, si quis naufragium fecerit, eum in ingenti rerum suarum iactura vel miserrimas quasque reliquias undecumque colligere.

37. Compositis variis singularum inscriptionum exemplis id egi, ut oculatos testes, qui ex ipsis parietibus descripserunt, a secundariis dignoscerem. Utrumque genus aut disertis verbis aut ita distinxi, ut hos intra uncinos inclusos suo quemque auctori subicerem. Varias lectiones in eis titulis, quos ipse integros vidi, adscripsi nullas, nisi forte vel in eo quod ipse legi aliquid non extra dubitationem positum videbatur vel hoc incertum erat, num ea quam ipse descripsi eadem esset quae ab aliis exhiberetur, vel denique aliquid in causa erat, cur quod alius auctor legisset notatu dignum videretur. In eis autem quas non vidi omnium testium primariorum discrepantiam plene exhibui.

38. Denique emendandi munere ita mihi fungendum erat, ut earum quas ipse examinare non potui inscriptionum veram scripturam recuperare conarer; quod pro varia auctorum virtute in aliis facile fieri poterat, in longe pluribus non nisi eatenus, ut vix probabilitatem assequi possem. In eis quae cursivo litterarum genere scriptae sunt, in quibus legendis non solum a vulgari descriptorum genere infinitis modis errari et possit et soleat, multorum exemplorum experientia edoctus plerumque inutilem laborem esse intellexi, si quis in aliorum apographis eo consilio ingenium exerceat, ut plus inde quam ipse auctor elicere velit. In quo universo genere hoc severissime sequendum est, ut cum in inusitatioribus tum maxime in singularibus rebus nulli auctori fides habenda sit, nisi de cuius et legendi peritia et fide certissimis exemplis iam constet. Denique in huius generis inscriptionum apographis iudicandis hoc utendum est, ut eo propius a veritate abesse putanda sint, quae maxime et sermonis et sententiae simplicitatem exhibeant. Nam paucissimarum oratio ita perplexa est, ut illius n. 1410; quod autem ad linguam ipsam attinet, non Campano si Dis placet quodam idiomate utuntur, sed sermone Latino qualis in ipsa urbe Roma in usu erat; in quo quae multa insunt a litterarum exculto sermone exclusa, ea non minus Pompeiani quam ipsius Romani volgi consuetudine accepta fuisse vel potius conservata remansisse ex urbis Romae inscriptionibus cum lapidariis tum parietariis perspicitur.

39. Tabulis lithographis II—XL, XLVIII—LV inscriptionum parietariarum imagines repraesentatae sunt. Quibus haec assequi volui, primum ut litterarum formae, quibus id titulorum genus utitur, exhibeantur, deinde ut lectores habeant quo de mea lectione iudicare ipsi possint. Sed penicillo pictarum, quarum maxima pars lectu facilior est, quarumque scriptura a quadrata minus discedens tabula I repraesentata est, pauciores integras tabulis effinxi, altitudine tamen litterarum saepe indicata effeci, ut aliquatenus earum imaginem mente tibi conformare possis. Longe maxima tabularum parte continentur inscriptiones carbone terrave aliqua scriptae, multoque plures graphio exaratae. Quas tamen consentaneum est non omnes in tabulis repetitas, sed earum omissas esse eas, quae nec litterarum forma nec argumento notabiliores sunt. Deinde tabulis exhibenda erant incerta fragmentaque ea, quibus ars typographica exprimendis impar est.

Candidatorum nomina accusativo casu scripta fere semper excipiuntur formula O·V·F vel O^{F}, quae quomodo explicanda sit nunciam dubium esse nequit detectis priscis 61 FACI... ORO· VOS et 44 O·VOS et recentioribus 120 O·V·FAC, 626 .. V·FACIATIS, 456. 618 O·V·FACIATIS. Etenim omni auctoritate caret altera interpretatio haec *oro ut faciatis* (v. Henzen n. 6967 adn.) nata ex titulo 1146 male lecto (quo de iam monuit Garrucci *B. N.* 1853 p. 5 et p. 151) et ex 480 et 485 interpolatis ab Romanellio; itemque egregie fallitur Avellinus *Bullettino Napol.* 1847 p. 118 (cf. Fiorelli *giornale* 1851 fasc. 3 p. 54), qui inscriptionem sese nuper legisse affirmat, in qua formula illa plene perscripta esset hoc modo ORAT·VT·FACIATIS, qui error repetitus est in Mus. Borb. XIV p. 21; est enim 456. Olim quidem Dissertationis Isagogicae auctoris obtinebat explicatio, qui, cum tab. X 2 (pro eo quod verum est ROGANT; v. 1146) ROG VT F et tab. XI O·V·FAV (ubi O·V·FAC scriptum est; v. 120) legisse sibi videretur, p. 65 eas notas hoc modo interpretatus *rogat* vel *orat ut faveat*, venditores et artifices statuit iuxta tabernarum suarum portas ut novi aedilis vel aliorum magistratuum gratiam demererentur epigraphas illas proposuisse, quae acclamationis simul et commendationis vices gererent. Cuius auctoritate factum est, ut inde ex illo tempore aedificia et tabernae ab rogantium nominibus, quae ad portas eorum legebantur, appellarentur; quin etiam erant qui eo procederent, ut ab candidatorum nominibus accusativo casu propositis aedificia vocarent. Praeterea tribus verbis monuisse sufficiet Bechium qui in museo Borbonico inde ab a. 1824 de effossionibus Pompeianis rettulit, cum O^{F} explicaret non O·V·F sed OR i. e. ORAT, hoc OR pro O^{F} intulisse titulis quos edidit fere omnibus eumque secutos aliquot actorum scriptores.

Magistratus quorum candidati commendantur hi sunt
II vir. i. d. vel *d. vir. i. d.* vel *d. v. i. d.* vel *d. i. d.* vel *II vir., quinq(uennales)* vel *d. v. i. d. q.* 504 vel *II vir. i. d. quinq.* 187, *aediles,*
II vir. u. a. s. p. p. 1004 vel *d. u. a. s. p. p.* 456; eidem vero ceteris titulis omnibus nominantur *aed. u. a. s. p. p.* 176. 203. 222. 317. 319. 636. 647. 668. 1137. 427? 433?, cum in lapidibus vel *II viri u. a. s. p. p.* vel *viri u. a. s. p. proc.* vel *u. a. s. p. p.*, numquam *aediles u. a. s. p. p.* dicantur. Nota est Avellini (opusc. II p. 181) coniectura, qui Cicerone duce (de leg. III 3 'suntoque aediles coeratores urbis annonae ludorumque sollemnium') notis illis hoc modo explicatis *urbi annonae sollemnibus publice procurandis* diversos esse negat hos ab aedilibus qui simpliciter appellantur; nec ab Avelliniana multum discedit Henzeni (ad 6968) haec interpretatio *viis annonae sacris publicis procurandis* (ut de aliis taceam velut Minervini illa *B. N.* 1853 p. 158). Cui Avellini opinioni nonnihil probabilitatis certe ex candidatorum programmatis addi potest, quibus plurimi eorum quos aediles u. a. s. p. p. rogari videmus, L. Albucius, (M. Casellius?) Marcellus, C. Cuspius Pansa, Cn. Helvius Sabinus, Q. Marius Rufus, M. Samellius Modestus, A. Suettius Verus in summa reliquorum quibus commendantur titulorum multitudine non alius honoris eidem nisi aedilitatis candidati reperiuntur. Deinde cum 222 (cf. 660) una tabella duo candidatorum paria proscripta sint, prius est duumvirum i. d. alterum aed. u. a. s. p. p. At speciosa magis et ambigua quam firma haec sunt argumenta; nam, quod ad prius attinet, cum programmata neque eiusdem sint anni omnia neque ab eodem homine proposita, idem homo alio tempore aedilitatis u. a. s. p. p. alio aedilitatis petitor fuisse atque eodem adeo anno ab aliis huic ab aliis illi honori rogatus esse potest. Illo autem titulo 222 summorum magistratuum candidatos propositos esse tametsi per se probabile est, cur tamen necessarium sit non intellego. Quae cum ita sint in explicandis illis notis praestabit inde proficisci quod certum est duce Mommseno (I. N. p. 461 et ad Henzeni 6968), qui in titulis lapidariis illud officium non reperiri vidit nisi in eis qui sunt ministrorum Augusti, ut ad officii naturam nomen omnino accommodandum sit velut hoc modo *votis Augustalibus, sacris publicis procurandis* collato *aedile Augustali* Neapolitanorum I. N. 2456.

Restat singularis alius cuiusdam muneris ut videtur mentio haec AED·P·A 817, quibus utrum aedilis pagi Augusti [an aedilis procurandis Augustalibus, ut idem fortasse sit munus atque aed. u. a. s. p. p.? Th. M.] an quid tandem aliud significetur, melius in medio relinquemus. Cf. Fiorelli *giorn.* 1862 p. 45.

Iam qua candidatorum nomina saepenumero excipiuntur singulorum hominum vel corporatorum subscriptione, praemissis vel omissis O·V·F, ea adicitur hisce formulis quas subieci ea regula ubique fere observata (neglecta est autem 839. 842. 880), ut nominibus succedant verba: *rogat* saepe; *cupidissimus rogat* 901 (cf. *cupidus* .... 209; *gaudens* .... 304); [*cito rogat* nimis incertum 1015]; *scribit Paris idem rogat* 821.
fieri rogat *105. 357.
rogamus 459. 732 (cf. graphio scripta aedium Martis et Veneris).
rogant saepe; *multum? rogant* 886.
cupit 111. 174. 179. 720. [*cupio* 310?]
volunt 193.
facit saepe; nota *dissignator cum plausu facit* 768; *rogat et facit* 699; *Suedius Clemens sanctissimus iudex facit vicinis rogantibus* 1059, cui hoc loco adiunxi similes *ex sententia Suedi Clementis sancti iudicis consensu ordinis faciat(is)* 768 et *ex sententia Suedi Clementis* 791.

faciunt 254. 738. 826, in quo est *fac.*
fecit 98? 221. 297.
fecerunt 1122.
In aliis singuli vel corpora acclamantur hoc modo:
Cuspi fac Fadium 1068.
Novici Caulo fac? 494.
Procule fac et ille te faciet 635.
Sirice fac facias 805.
Pansa fac facias 1071.
Procule Frontoni tuo officium commoda 920.
rog(are) deb(es) 548.
Luci fave 426.
caupones facite 336.
pilicrepi facite 1147.
pomari facite 183.
unguentari facite 609.
. . . . *fac facite*? 406.

Longe rarius eius nomen subiectum est, qui titulum scripsit vel eius qui parietem ubi inscriberetur dealbavit; quod ubicumque factum est, nomen post scribendi vel dealbandi verbum collocatum est, numquam praecedit. Eius generis tituli hi sunt: *scrib. Ascaules* 636 (A. Vettium Caprasium Felicem aed. u. a. s. p. p.) — *scr. Florillus* 803 (M. Cerrinium aed.) — *scr. Infantio* 120 (M. Cerrinium Vatiam aed.); 709 et 785*a* (C. Cuspium . . . et L. Popidium Secundum); 789 (Secundum); 984 (Postumium aed.), in quo ultimo additur *infra scribente Parente* — *scripsit Issus* 225 — *scribit Paris idem rogat* 821 (A. Suettium Certum aed.) — *s . . . sit . . . . sius dealbatore Onesimo* 222 (P. Paquium Proculum A. Vettium Caprasium Felicem II vir. Q. Marium Rufum M. Epidium Sabinum aed. u. a. s. p. p.); quibus adde programmatis gladiatorii 1190 subscriptionem *scr. Secundus dealbante Victore adstante Vesbino.* Incertorum nominum sunt 1047. 1158. 1165. — Nec vero fuerit ab re, hoc loco eas inscriptiones contulisse, quibus inscriptorum et scriptorum, qui candidatorum nomina nec non munera edenda per vias proscribebant, mentio fit. Sunt autem hae:

Romae. — Henzen 6977 = Reines. app. 47.

INSCRIPTOR ROGO TE VT TRANSEAS HOC MONVMENTVM
AS*t*..AN QVOIVS CANDIDATI NOMEN IN HOC
MONVMENTO INSCRIPTVM FVERIT REPVLSAM FERAT NEQVE HONOREM
VLLVM VNQVAM GERAT

2 STO...AS..VM QVOIVS Rein. [AST·CVM? Th. M.]. — 4 VNQVAM solus Reines. servavit.

Narniae. — Henzen 6975.

ITA CANDIDATVS QVOD PETIT FIAT TVVS
ET ITA PERENNES · SCRIPTOR · OPVS HOC PRAETERI
HOC SI IMPETRO AT[*e*] FELIX VIVAS BENEVALE

Foro Popilii. — Henzen 6976.

ITA · CANDIDATVS FIAT · HONO
RATVS · TVVS · ET · ITA · GRATVM · EDAT
MVNVS · TVVS · MVNERARIVS · ET · TV[*sis*]
FELIX · SCRIPTOR · SI · HIC · NON · SCRIPSER*is*

3 SIS post TV addidi; post SCRIPTOR inserendum censuit Mommsenus.

Prope Aquileiam. — Orelli 4751.

ITA VALEAS · SCRIPTOR · HOC · MONVMENTVM · PRAETERI

Formiis. — Henzen 6566.

. . . . . .
HAEC · EST · QVAM · CONIVX · CONDIDIT

PARCE·OPVS·HOC·SCRIPTOR·TITVLI·QVOD·LVCTIBVS·VRGEN*t*
SIC · TVA · PRAETORES · SAEPE · MANVS · REFERAT

Superaequi. — I. N. 5480.

*parce opus hoc scr*IPTOR · ITA · TE · TVA · VOTA · SEQVANTVR

Uxamae. — *Monatsber. der Akad.* 1861 p. 802.

C · POMPEIVS
GAL · CATVRO
NIS · F*il* · r*Ect*
VGENVS · VX
5 SAMENSIS
DEO · BORMA
NICO·V·S·L·M
QVISQVIS · HO
NOREM · AGI
10 TAS·ITA·TE·TVA
GLORIA·SERVET
PRAECIPIAS
PVERO · NE
LINAT · HVNC
15 LAPIDEM

quibus subieci similes has, quae ad eundem monumenta inscribendi morem pertinent: in inscriptione arae prope Romam a. p. Chr. 244 dedicatae (Henzen 5663) SALVIS·CANDIDATIS || HVIVS·LOCI; Orelli 4820 (Romae) M·CAMVRIVS P·F·ROM || HORANVS || H·M·H·N·S || SED SI HOC MONVMENTO || VLLIVS CANDIDATI || NOMEN INSCRIPSERO || NE VALEAM. Nec non eodem referendum esse videtur, quod C. I. L. 1, 574 cavetur HANC·ARAM || NEQVIS·DEALB(*et*). De eius generis inscriptionibus qui primus commentatus est Henzenus (Gerhard *arch. Zeitung* 1846 p. 242 et p. 295) suo iure statuisse mihi videtur (dissentit autem Avellinus *Bull. Nap.* 1847 p. 118), agnoscendum esse genus quoddam hominum, qui illam artem vel officium profiterentur, quorumque opera ad concitanda sibique concilianda studia popularia vel ipsos magistratuum petitores usos esse probabile sit. Quocum optime convenit, quod in eiusdem candidati titulis eiusdem saepe scriptoris manum deprehendisse mihi videor, et indidem est quod in eiusdem candidati titulis eaedem scribendi proprietates vel mendae repetitae sunt; velut LICINIM 252, FAVSTINM 119. 399, quae nota priscis propria in aliis recentioribus non reperitur, nam 208 et 475 paulo antiquiora et ipsa sunt; MARCELLVM passim; Q·POSTIVM·PROCVLVM 1017, Q·POSTVMIVM·PROCVM 1081, fortasse ab eadem manu profecta, a qua Q·POSTIVM·MODESTVM 195 et L·CEIVM SECVM 737; denique in tribus C. Calventii Sittii Magni titulis pro II·VIR scriptum est II·V·R 86. 376. 858 (cf. 483. 843. 872. 936).

Ut autem prisca illa programmata liberae reipublicae Romanae aetate scripta ita haec quae Augusti temporibus haud dubie posteriora sunt omnia, eo consilio a cuiusvis generis hominibus proponebantur, ut quem quisque duumvirum, aedilem, aliumve quem magistratum ab eis penes quos eius rei potestas erat fieri vellet, commendationis causa palam significarent, adhibita plerumque formula *oro vos faciatis* ea fere sententia: commendo vobis illum, ut vestro suffragio suam dignitatem teneat. A quo commendandi vel postulandi modo non ita diversus erat alter acclamandi in theatro vel in amphitheatro, ut et programmata et eius generis acclamationes communi vocabulo voces popularium appellare liceat, quo utitur Ulpianus (Dig. 49, 1, 12). Quare singulas commendandi formulas interpretabimur hoc modo. Ac primum quidem illud totiens decantatum *rogat*, quo utuntur non solum ingenui et libertini (velut praeter ceteros, qui ipso nomine libertinos se produnt, 910 *Ceratus lib.* 1041 *Dionysius l.* 117 *Fabius Eupor princeps libertinorum*, in quo ultimo *rogat* vel simile quid periit), sed etiam mulieres (171 *Caprasia cum Nymphio rog. una et vicini.* 207 *Nymphodotus cum Caprasia.*

1168 *Iunia.* 368 *Pollia.* 756 *Sagata.* 1062 *Successa.* 159 *Sucula.* 660*a Suilimea*, quibus adde 913 *Hilario cum sua;* in his autem 1053 *Lollia cum suis,* 1083 *Recepta nec sine Thalamo* verbum *rogat* vel aliud eiusmodi deest), pueri 668 et discentes 275. 673. 694. 698, — *rogat* igitur parum differre videtur ab *cupit* (111 *Fortunata.* 174 *Felix.* 179 *Erastus.* 720 ... *umus*) et *volunt* (193 *vicini*), ut sic interpretandum sit *rogat vos, creare velitis hunc duumvirum aedilem aliumve quem magistratum,* et eodem fere loco habendum sit atque haec *quod ex voluntate populi munus ediderit* I. N. 4040 et *rogatus ab ordine pariter et populo gladiatori muneris publici curam susciperet* ib. 4059. Deinde illud *facit,* quod ad eos penes quos magistratuum creandorum arbitrium erat referre magis inclinaveris, et ipsum tamen prope accedere ad alterum *rogat,* vel inde patet quod mulieres eo usas esse videmus (425 *Animula facit.* 923 *Caprasia fac.* 457 *Iphigenia facit.* 660 *Suilimea fac*?), ut hoc quo exempli gratia utor *Siricum quinq. Tullius facit* ita fere interpretandum sit: ex Tullii sententia Siricus quinquennalis creandus est, vel Siricus ut quinquennalis fiat, Tullius quantum valet enititur. Quamquam nescio an hoc inter *rogat* et *facit* interfuerit, ut illud modestior voti significatio esset, hoc *facit* ab eis vel de eis usurparetur, qui magna auctoritate pollerent, quorumque commendatio magni momenti esset. Quod discrimen facile quale fuerit perspicitur ex hoc 1059 *Suedius Clemens sanctissimus iudex facit vicinis rogantibus* (cf. 768 et 791 *ex sententia Suedi Clementis*). Hinc est quod illis formulis *fac, fac facias,* a quibus proxime abest haec *officium tuum commoda,* ei acclamantur homines, quos gratia atque auctoritate praeditos fuisse inde apparet, quod et ipsi in candidatorum numero sunt 1068 *Cuspi fac Fadium.* 1071 *Pansa fac facias.* 635 *Procule fac et ille te faciet.* 920 *Procule Frontoni tuo officium commoda.* 805 *Sirice fac facias.* — Nec aliter statuendum erit de corporatis eodem modo acclamatis 336 *caupones facite.* 183 *pomari facite.* 609 *unguentari facite.* — Quae cum ita sint, nullus dubito quin ne haec quidem 221 *Tyrannus cupiens fecit cum sodales.* 297 .... *ellus fecit* (cf. 98), alia nisi hac fere sententia a scriptore proposita sint, velut Marcellus Holconium et Gavium duumviros fieri se velle professus est, nec illud denique 1122 *Paquium Proculum II vir(um) i. d. universi Pompeiani fecerunt* nisi tali: Paquius Proculus duumvir i. d. ab universis Pompeianis postulatus est; quamquam ultima inscriptio in amphitheatri aditu satis obscuro picta non eodem cum programmatis in viarum celebritate commendandi gratia propositis loco habenda est.

Iam vero accedamus ad eam quaestionem, utrum illo tempore, quo recentiora haec programmata scripta sunt (magnam autem eorum partem proxime abesse ab ruina Pompeiorum probabile est), etiamtum magistratus a populo in comitiis, an a decurionum ordine, populo sola postulandi facultate relicta, an eo modo creati sint ut primum populus programmatis acclamationibusve quibus candidatis faveret, significaret, deinde decurionum ordo candidatos proponeret a populo sine repulsa et ambitu designandos. Est autem hic locus late patens nec non anceps admodum et lubricus, ut breviter universus disceptari nequeat (v. Walter *Röm. Rechtsgesch.* §. 285, Marquardt *Handbuch* III 1 p. 349, Philippi *Rhein. Mus.* VIII (1853) p. 510, Mommsen *Stadtrechte* in *Abhandl. der Sächs. Gesellschaft* 1857 p. 410 et p. 454). Quare, ut paucis transfungar, hoc dico in programmatis nil quicquam huc usque repertum esse, quo controversia illa prorsus dirimi possit; nam formulae illae de quibus dixi tam sunt omnes ambiguae, ut ad quemvis magistratuum creandorum modum accommodari probe possint, et de comitiis qualia fuerint altum est in programmatis silentium. Restat tamen unum hoc 768 *M. Epidium Sabinum duumvirum i. dic. ex sententia Suedi Clementis sancti iudicis, consensu ordinis — faciatis,* cuius si magistratus solo decurionum decreto creabantur vix commoda erit interpretatio, optima tamen, si a populo. Quemadmodum enim I. N. 2342 *huic ob munificent. decurionum decreto et populi conse(n)su bisellii honor datus est* et ib. 2346 *cui decuriones consensu populi bisellium ob merita eius decreverunt* populi consensus in ea re memoratus est, quae ad solum decurionum decretum pertineret, item hic proscribitur Epidium Sabinum creandum esse duumvirum in comitiis, quo virorum amplissimorum iudicio et voluntati satisfiat. Accedit tabula Malacitana Domitiani aetate comitia curiata celebrata esse certo testimonio testans. Denique in urbe quoque magistratuum electio tametsi post Augustum aut ad imperatorem pertinebat aut ad senatum, species tamen quaedam et umbra comitiorum ibi quoque servata est; ad quam formam etiam municipalia comitia tempore labente magis magisque se accommodasse indeque explicandum esse programmatum Pompeianorum de forma et ratione comitiorum mirum silentium Mommsenus censet.

VIA DEI SEPOLCRI.

84 *maseria de Cuomo. Siguiendo la calle ya descubierta, se ha encontrado una muralla de ladrillos, y en ella la inscripcion* ACTA.

CIOIIVM
AED O^F

Acta 15 Ian. 1763.
Fortasse: *C. [L]o[lli]um aed. o. v. f.*

85 sub antecedenti.

C CAIVENNSNII
V·R·I·D·HIRMISRO

Acta l. c.
C. Ca[l]ven[tium] .....II] v[i]r. i. d. H[e]rm[e]s ro[g].
2 de V·R cf. n. 858.

86 sub antecedenti.

IAIBVCIVM CINCI

Acta l. c. — [*L.*] *A[l]bucium C[elsum...?*

87 in muro *del triclinio funebre* [t. A 2] ad dextram introitus; *nel mese di aprile 1790 per le acque cadute si è fatto un fosso nel sito contrassegnato (tab. IV 99), e nel muro vi erano i seguenti caratteri alti pal.* $2\frac{1}{4}$, *e che di seguito dagli antichi erano stati imbiancati* VEGA.

GABINIG ....

Fr. La Vega ed. Fiorelli vol. I 2 p. 133.

88 in muro externo sepulcri rotundi, ad dextram tabellae marmoreae [t. A 6].

rubrica scripta in tectorio
GEMELLVS E = 0,08 *m.*
CVM PROCLO HAC

Tab. II 5. Descripsimus. — Mazois II p. 1 et p. 102, coram quo effossa est.
2 O HAC om. Maz., qui ATMETVS CVM P·PO .... interpretatur.

89 ibid., ad sin. tab. marm.

rubrica scripta in tectorio
GLYCO CVM MARTIA*Le*
SOLE CALENTE SITIES

Tab. II 3. Descripsimus. — Massmann lib. aur. §. 145, Ritschl P. L. M. E. tab. XVII 28 (ex Momms. exempl.).

1 extr. LO Massm., Momms., nunc evanuerunt. Ritschelio LO initium esse vocis mutilatae videntur fortasse LONICE. Ego correxi; in hac enim litteratura E prope ad O formam accedit. — 2 extr. HAC add. Massm., ut sic fortasse legendum sit: *Glyco cum Martiale hac; sole calente sities.*

90 sub praecedenti eadem manu ut videtur.

rubrica scripta in tectorio
GEMELLVS-CESERNINE-
SAL

Tab. II 4. Descripsimus. — Mazois II p. 1 et p. 102, qui descripsit modo detectam, sed male explicavit.

1 extr. E certa mihi visa est. *Gemellus C(a)esernine sal(ve).*

90*a* in lat. dext. viculi, qui est inter hemicyclium Mamiae et villam q. d. Ciceronis; prope angulum in serpentis pictura, quam memorant ACTA 12 Aug. 1769, VEGA vol. I 2, p. 116 n. 25 (v. tab. III n. 25), RIBAV ibid. p. 154 eod. die, MAZOIS [t. A 12].

MII C.. I SALVS IN..

Mazois solus inscriptionem exhibet I p. 33 (cf. p. 59 et tab. X). Cf. Iorio p. 38 (*on n'a pu déchiffrer que le mot* salus); Bonucci p. 71 (*on lisait entr' autres lettres méconnaissables* SALV...).

91 in taberna secunda ab aditu aedd. *delle colonne a musaico* [t. A 23] ad occid. versus. — *In una bottega accosto al finimento degli archi* i. e. *della pubblica locanda* ACTA et AMICONE. *in fronte all' ultima bottega che resta in fine degli archi* ANN. in pariete tabernae a sin. viae sepulcr. eunti portam versus MOMMS. [t. A 22]. — *nel muro a destra entrando* ACT. *di rosso* AM. ANN.

T · STAIVS
PROCVLVS
TA
. . SISENNA · . . . . . VSTIANV
. . . . . ATVS

Descripsit Mommsen. — Acta et Amicone 15 Oct. 1838; *Annali civili* vol. 18 (1838) p. 78 eod. die. — SISENVM (SISEWM Annal. SISEWIVM Amic.) L·STAIVS PROCVLVS acta, Amicone, Annal. ceteris omissis.

Cf. Mommsen I. N. 2293.

92 ibid. *nel muro a sinistra* ACT. ANN.

SIR.... MAT.... LVCRETIV

Acta, Amicone, Annal. l. c.
SIR·MAT·LVCRETIVM Amic. et Annal.
Cf. Mommsen I. N. 2293.

93 in porta Hercul. extrinsecus intranti ad dextram in albo tectorio.

*c*ASELLIVM· 0,21 *m.*

Descripsi. — Ed. Romanelli p. 80 confusam cum programmate gladiatorio n. 1204 pone scripto, sed diversis litteris.

Init. VA Rom. quae correxi; nunc perierunt.

VIA CONSOLARE.

lat. septentr. 94—111.
lat. merid. 112—138.
incertorum locorum 139—141.

94. 95 *sul muro esteriore, a sinistra della prima bottega con bancone dopo la Porta della città, a sinistra della strada che conduce dentro la medesima* RIBAV vol. I 2 p. 149, 28 Apr. 1764.

94 C · IVLIVM IVI...
AEΓ.....

95 M · CIRDIVM VVIAM
CRI....M...M...O·FLORVS...

Acta 14. 28 Apr. 28 Iul. 1764.
94, 1 extr. M·IV..... 28 Apr., M.....| IVI..... 28 Iul. — 2 om. 28 Apr. — 95, 6 VVIM 14 Apr. 28 Iul. — 2 CI..... FLORVS 14 Apr. 28 Iul.

C. Iulium [*Polybium*?] *ae*[*d*]..... *M. C*[*e*]*r*[*rin*]*ium V*[*at*]*iam* [...*s*] *cri*?... *Florus.*

96 ibidem.

.....
.... VIRETIVM ....
HOLCONIVM · IRISCVM
..... INIAID .....

Acta 28 Apr. 1764.
L]*u*[*c*]*retium*.....| *Holconium* [*P*]*riscum*..... *I*[*I v*]*i*[*r*] *i. d*.....?

97 *albergo* [t. A 35] ACTA et IORIO.

C · CVSPIVM · PANSAM
AED · MVLIONES · VNIVERSI
AGATHO · VAIO

Acta 11 Aug. 1770 (inde Iorio p. 52; Bonucci p. 87); Diss. Isag. tab. VII 4 pag. 65 (inde *Bull. Nap.* 1853 p. 150; Guarini *fasti* ed. 1 p. 141). Eiusdem fortasse pars est, quam ex Vegae schedis profert Arditi, *legge Petronia* (1817) p. 13 C·CVSPIVM | PANSAM·AED *fu trovata 11. nov. 1780.* — 3 AGATIIO Diss. Is.

98 supra praecedentem ACTA.

POSTV*mium*.....
IVLIVS·POLYBIVS·COLLEGA
FACIT

Acta 11 Aug. 1770; Iorio p. 52; Guar. *fasti* p. 76; ed. 2 p. 120 (inde *Bull. Nap.* 1853 p. 6).

1 POSTV.....I·D Guar. ed. 2. — 3 FECIT omnes praeter acta mscr.

99 infra praecedentem.

C·IVLIVM·POLYBIVM II VIR
CHYPARI ROG

Iorio p. 52, ex actis opinor nondum editis; (inde Guarini *fasti* p. 77; ed. 2 p. 135 = *Bull. Nap.* 1853 p. 150).

2 *caepari* coniecit Guarinius, nescio an vere. [Fortasse THVRARI. Th. M.]

100 *sopra le toniche dell' abitazione contigua alla cisterna pel pubblico* ACTA [t. A 44].

...ANVM · AED

Acta 2 Apr. 1789.

101 sub praecedenti.

... Ↄ POSTVMIVM

Acta l. c.

102 infra praecedentem.

LAELIVM·FVSCVM·AED·V·B
ACISCVLE · ΛΛΛΡΕΥ

Acta l. c. — 1 corr. *L*[*ol*]*lium*... — 2 *Acisculus* v. *B. N.* 1855 p. 81; Mommsen *Gesch. d. Röm. Münzw.* p. 651; Henzen 6442.

103 infra praeced. — *Rivista da me nel R. Museo Borbonico* GARR., ubi non repperi.

M · HOLCONIVM · PRISCVM
C·GAVIVM·RVFVM·II·VIR
PHOEBVS·CVM·EMPTORIBVS
SVIS · ROGAT

Acta ibid. (inde Iorio p. 60); Dissert. Isag. tab. XIII 6 p. 65 (inde Roman. p. 75; *Wien. Jahrb.* XX p. 12 = Orelli 3700; Guarini *fasti* p. 58; ed. 2 p. 111); Garrucci *Bull. Nap.* 1853 p. 151. — 2 GAVLVM acta.

104 in aedibus Sallustii, quibus nomen dedit [t. A 48].

C · SALLVSTIVM

Romanelli p. 108; Gell & Gandy p. 171; cf. Goro p. 96. — M·F in fine Roman. addit.

---

105 in aedd. Sallustii inter 1 et 2 ostium ab *vicoletto di Mercurio*; sub programmate Osco (Mommsen *Unt. Dial.* t. XI 29*a*) in tofo DISS.

L·C·C·D·V·FIEK

Diss. Isag. tab. III p. 37 (inde Guarini *fasti* ed. 1 p. 96); Romanelli p. 116.
I·C·C·DVVMVIR Rom.
L. C(aecilium) C(apellam) d. v. fie[ri rog.?

106—111 inde ab aedd. *accademia di musica* [t. A 57] usque ad trivium Fortunatae ROM.

106 *casa di Svettio di cui non resta che il solo liminare* ROM.

SVETTIVM

Romanelli p. 123.

107

C · I · PRISCVM

Ibid. — Male lecta.

---

108 in sin. poste tabernae Fortunatae [t. A 59] DON.

C · I · P · II VIR

Romanelli p. 124; Donaldson vol. II tab. q. est inter pag. 8 et 9, ubi est VIRI.

109 ibid.

SVETTIVM II VIR · D · R · P

Romanelli ibid.

---

110 ibid.

CN · HILARIVS · SABINVS

Romanelli l. c. et p. 75, ubi est: Q·HIL·SABINVS *in c. nominativo*. In tab. Don. l. c. nil nisi CN et SA expressum est. GN Rom. p. 124. — CN·HELVIVS SABINVS facile restitueris, sed Romanellii sublesta est fides.

---

111 ibidem. — Locum non indicant WIEN.

MARCELLVM
FORTVNATA · CVPIT

Romanelli p. 75 et p. 124; *Wiener Jahrb.* XX p. 14 qui descr. (inde Or. 3700). Donaldson II tab. q. e. inter pag. 8 et 9.
1 om. Rom. Don. — 2 CIVIT Don., om. Rom.

Lat. merid.

112 *bottega di Albino* [t. A 36] *con gran segno priapico* ROM.

ALBINVS

Romanelli p. 92 (*appena discernibile*).
Lectionis suspectae.

---

113 ibid. ACTA. IORIO; in lateribus.

C · IVLIVM POLYBIVM
II·VIR·..MVLIONES·ROG

Acta 28 Apr. 1770; Diss. Is. t. VII 3 p. 65; Gell et Gandy p. 166; Mazois II p. 1; Iorio p. 49; Guarini *fasti* p. 76 (ed. 2 p. 135).
2 lacunam indicant sola acta mscr. — Aliud exemplum est 134.

114 *sotto la nicchia col fallo in uno spazio rettangolo imbiancato* VEGA. Aediculam delineatam habes apud Hamilton, in Archaeologia London 1786 vol. IV tab. XIV et apud Gell & Gandy tab. XIV.

.....SABINVM
...IVLIVS·POLYBIVS·AED

Ribau 5. Mai 1770 ex schedis Vegae (Ed. Fiorelli I 2 p. 155). Cf. acta eiusd. d. — Inde Iorio p. 50; Guarini *fasti* p. 62 (ed. 2 p. 121).

---

115 in eadem pila vel alia vicina.

M·CERRINIVM
VATIAM · ÆD

Acta 28 Apr. 1770.

---

116 *dappresso alla porta dell' abitazione di Popidio Rufo* ROM. i. e. proxima a taberna *con fornello*, cuius ad dextram pila cum phalli imagine posita est.

POPIDIVM·RVFVM·ÆD
O·V·F

Acta 28 Apr. 1770; Romanelli p. 94.
Eadem esse videtur, quam Mommsen in hac regione descripsit LOLLIVM RVFVM | O·VF, cuiusque ipse inter 5 et 6 ostium a porta in lateribus dealbatis reliquias vidi has .....IVAIIA...V... (= 0,24) | O·V·F (= 0,09).

117—128 in muris aedificiorum dirutorum [t. A 40—46] positos fuisse puto propter ea quae Iorio p. 57 refert.

117 *continuandosi lo scavo nella strada della città, dopo la porta si scovrì la seg. iscr. in lettere rosse* ACTA. Nunc Neapoli in museo.

in tectorio nigro in tabellae formam dealbato

CVSPIVM · PANSAM 0,21 *m.*
AED·FABIVS·EVPOR·PRINCEPS·LIBERTINORVM 0,095 *m.*

Descripsi. — Acta 1 Sept. 1764; Diss. Isag. tab. XIII 2 (Guarini *fasti* p. 141; ed. 2 p. 149); cf. *Antichità di Ercol.* t. V praef. p. XXIII et Orelli 3624. — In fine adde ROG vel aliud quid eiusmodi. Cf. n. 120.

Parum probabilis est De Rossii coniectura (*Bull. Crist.* 1864 p. 70 et p. 92), principem libertinorum intellegendum esse archisynagogum Iudaeorum libertinorum. Hierosolymis sane civium Romanorum libertini generis synagoga servato latino nomine ἡ συναγωγὴ ἡ λεγομένη λιβερτίνων (act. apostol. 6, 9) appellari poterat, haud perinde poterat Pompeis. Quare videndum est, ne *princeps libertinorum* omnino non officium munusve significet, sed, quae Mommseni sententia est, eum, qui spectatissimus libertinorum erat, qui auctoritate praecellebat; cf. Cicero 'ordinis tui facile princeps' (ep. fam. 6, 10 ad Trebianum); 'Eudoxus in astrologia facile princeps' (de divin. 2, 42), 'Clodius eorum omnium (i. e. deteriorum) dux atque princeps' (harusp. resp. 26, 57) 'hominis honorati et principis' (off. 1, 39); v. Mommsen *Rhein. Mus.* 19 (1864) p. 456.

---

118 nunc in museo; in tectorio.

0,37 *m.* TREBIVM·ET·GAVIVM·$\frac{AED}{OF}$

Descripsi. — Acta 22 Sept. 1764; Diss. Is. t. XI p. 65 (inde Guarini *fasti* p. 56; ed. 2 p. 112). — OF om. Diss.

119 sub antec. Nunc in museo.

0,33 *m.* LICINIVM · FAVSTINM
0,08 *m.* AED·V·B·O·V·F

Descripsi. — Acta 22 Sept. 1764; Diss. Iss. t. XI p. 65 (inde Guarini *fasti* ed. 1 p. 167).

---

120 sub antec. Nunc in museo.

M·CERRINIVM·VATIAM·AED·O·V·FAC·ET FABIVS·*EVPOR·ROG* SCR INFANtiO — 0,17 / 0,14

Descripsi praeter litteras inclinatas. — Exhibent acta 22 Sept. 1764; Diss. Is. t. XI p. 65 (inde Guarini comm. VI ed. 2 p. 76; *fasti* ed. 2 p. 154).
1[1] AED·O·V·FAC·H·S·R·R·FANIN acta; AED·O·V·FAV (omissis sqq.) Diss.
M. Cerrinium Vatiam aed. o. v. fac(iatis); Fabius Eupor rog(at); et scr(ibit) Infan[ti]o.

---

121 pone praeced. Nunc in museo.

C·IVLIVM·Ī̄·VIR·I·D·
POLYBIVM·DIG·REI·PVBL· *sic*

Descripsi. — Acta 22 Sept. 1764; Diss. Is. t. XI p. 65 (inde Guarini *fasti* p. 76, ed. 2 p. 135 male).

---

122 pone praeced. In museo.

SVETTIVM·CVM·EPIDIO
IIVIR·I·D·O*F*·DIG·*SVNT*
HERENNIVM·ET·VERVM
AED·O*F*

Descripsi. — Acta 22 Sept. 1764; Diss. Is. t. XI p. 65 (inde Guarini comm. VI ed. 2 p. 64; *fasti* vv. 1—2 p. 119, ed. 2 p. 128; vv. 3—4 p. 120, ed. 2 p. 125).
2 SVNT nunc evanuerunt.

---

123 ad dextr. praeced. Nunc in museo.

TREBIVM·AED
V·B·O*F*

Descripsi. — Acta 22 Sept. 1764; Diss. Is. t. XI p. 65.

---

124 sub praeced. In museo.

M·CERRINIVM·VATIAM ÆD
O*F*·D·R·P·IARINVS . . .

Descripsi. — Acta 22 Sept. 1764; Diss. Is. t. XI p. 65 (inde Guarini *fasti* p. 169, ed. 2 p. 152).
2 extr. IARINVS . . . ego solus vidi.

---

125 *sotto alle già descritte* ACTA i. e. sub n. 118—124. In museo.

M·SAMELL*IVM*
MODESTVM·AED
V·B·*O*·V·*F*

Descripsi praeter litteras inclinatas. — Acta 13 Oct. 1764 (cf. Iorio p. 57); Diss. Is. t. VII 6 p. 65 (inde Guarini *fasti* p. 95; ed. 2 p. 117).

---

126 ibidem.

. . . OSTVM . . . .
AED·O·V·F
D R P

Descripsi. — Acta ibid.
3 SCE acta.

127 ibidem.

M·HOLCONIVM
PRISCVM·II·VIR·I·D·O*F*

Descripsi. — Acta ibid.; Diss. Isag. tab. VII, 5, pag. 65 (inde Mazois II t. VII 1, pag. 42). Eadem fortasse est quam exhibet Guarini *fasti* p. 57, ed. 2 p. 11.

---

128 In muro unius ex octo aedificiis dirutis IORIO. In 8 vel 10 circiter pila ab illa, in qua phalli imago extat, si quidem de Romanellii titulo vere coniecero (v. adnot.).

M·CERRINIVM
AED·SALINIENSES
ROG·

Diss. Iss. t. VII 2, p. 30 et 65 (inde Guarini *fasti* p. 169, ed. 2 p. 152; *Bull. Nap.* 1853 p. 150); Romanelli ed. 1 p. 182; Iorio p. 57. Huius fortasse pars est, de qua refert Romanelli ed. 1 p. 60; ed. 2 p. 94 his verbis: *Altre case atterrate al numero di otto, o di dieci vengon dappresso* (ab aedd. *di Popidio Rufo* v. n. 116), *finchè incontrammo quella di Marco Cerrinio, siccome leggesi:* M·CERRINIVM.

---

129 *accanto* (*alla casa di Marco Cerrinio* v. praeced.) ROM., qui a porta introrsum pergit.

C·NIVILLIVM

Romanelli p. 94.
Fort. leg. *Cn.* [*He*]*l*[*v*]*ium.*

---

130 inter 3 et 4 ost. ab aditu *della casa degli scheletri* [t. A 54] orientem versus (1 et 2 ostia ab illo aditu proxima nunc clausa sunt). In albo tectorio, litteris neglegentioribus.

SITTIVM·A D *F*

Descripsimus.
SITTIVMA| ego.

---

131 *Usciti da questi pubblici stabilimenti* (i. e. *forno pubblico* [t. A 56]) *si rammentò il forestiere, che di prospetto corrisponder doveva la casa così detta del leone, che fu l'ultima da noi osservata nel lato destro* (viae consularis). *Noi ci volgemmo al lato destro appresso la casa del leone, e dopo alcune abitazioni rovinate arrivammo a quella di Svettio Erennio* ROMANELLI. I. e. inter aedes leonis [t. A 47] et Polybii [t. A 55].

SVETTIVM·I·F·HERENNIVM

Romanelli p. 120.
Corrigendum videtur *Suettium* [*et*] *Herennium.*

132 in muro aedd. Polybii [t. A 55]. — *A questa contigua* (v. praeced. inscript.) *è la casa di Giulio Polibio, come leggesi nel canto* ROM. *Casa dirimpetto quasi ove resta la pittura dell' Atteone, alla sinistra della porta, che dà ingresso a questa* ACTA.

C·IVLIVM POLYBIVM Ī̄ VIR
VATIA ROG

Acta 21 Nov. 1807; Romanelli p. 120 (Bonucci p. 104).
1 C om. acta. — 2 R . . Rom.

---

133 in muro earundem aedium. *Vedemmo appresso* (v. praeced.) *l'abitazione di Giulio Equano* ROM. p. 121. Extat inter 6 et 7 ostium a *casa degli scheletri* in tectorio albo.

C·I·P·II·VIR·I·D·AEQVANVS|

Descripsi praeter litteras inclinatas. — Acta 29 Dec. 1807; Romanelli p. 75 et p. 121 (male Bonucci p. 104).
I·F·II·VIR Rom. p. 121. — I·D om. id. p. 75.

---

134 *sur la porte de la maison qui est vis-à-vis de celle dite de la musique* IORIO. *Maison de Polybe parce qu'on lit à côté de l'une de ses portes* MAZOIS.

C·IVLIVM·POLYBIVM
Ī̄I·VIR·MVLIONES·ROG

Mazois II p. 51 not. 2; Iorio p. 57 (*ces deux mêmes lignes sont tracées dans l'auberge dite d'Albinus* = n. 113).

---

135 inter 7 et 8 ostium ab aditu aedd. *degli scheletri* [t. A 54] in tectorio litteris neglegentioribus.

P·SITTIVM·MAGN| = 0,10 *m.*

Descripsi.

---

136 inter 4 et 5 ost. a via thermarum; in lateribus dealbatis.

| MARCELLVM | = 0,23 *m.*
| Ⱥ O V F | = 0,08 *m.*

Descripsi. — Eadem fortasse quam exhibet Romanelli p. 124.

---

137 inter praeced. et viam thermarum.

A·SVETTIVM POPIDIVM AED

Romanelli p. 124.
Manca est post *Suettium*, nisi forte duorum programmatum reliquiae sunt male confusae.

138 *in un pilastro di una casa non ha guari scoverta in sul finire della ritrovata città a manca* ROM. ed. 1 p. 54; ed. 2 p. 88. — *ripassando nel corso* (i. e. ab aedd. Pansae ex via thermarum ad trivium Fortunatae et trivium pharmaciae) *vedemmo poche altre mura di case finora disep-pellite, ed altre, che debbono ancora scavarsi. In un pilastro leggemmo il programma di Alifio Nigidio, di cui abbiam parlato* ROM. ed. 2 p. 128. — *sur le côté droit de la rue* (consul.) *en sortant de la boutique* (i. e. pharmaciae) *on lisait l'affiche suivante parmi le grand nombre d'inscriptions qui y étaient tracées au pinceau* IORIO. Quae sic intellego, ut titulus in sinisteriore i. e. septentrionali viae consularis latere inter bivium pharmaciae [t. A 58] et viam thermarum propositus fuerit. — *È impressa sopra un intonaco riquadrato a nero carattere, sotto del quale se ne scorge un' altra* ROM. p. 55 = p. 88.

INSVLA ARRIANA
POLLIANA cN ALleI NIGIDI MAI
LOCANTVR EX k IVLIS PRIMIS TABERNAE
CVM PERGVLIS SVIS ET CeNACVLA
EQVESTRIA ET DOMVS CONDVCTOR
CONVENITO PRIMVM cN ALleI
NIGIDI MAI SER

Romanelli ed. 1 p. 55, ed. 2 p. 88 (inde Orelli 4324); Mazois II p. 101 et III tab. I (aeri incis.); Iorio p. 72 (Guarini *fasti* p. 197, ed. 2 p. 94).

Roman. ed. 1 hoc modo divisit versus 4 *cum-*, 5 *domus-*, 6 *Alifi- ser*||. — Uni Romanellii exemplo titulum deberi admodum probabile est. Omnes enim versus ita distributos exhibent ut Roman. ed. 2, quem in ea re non veritatem servare, sed ex fortuita libelli sui latitudine pendere constat. Neque minus Romanellii errores repetunt ceteri omnes. Mazois autem vel potius Gau quam programmatis imaginem in fronte libri ornamenti gratia exhibet, eam quin ex ingenio conformaverit ut alias nonnullas nullus dubito. — Versuum igitur distributio nec non I longae fide carent. — 2 et 6 GN·ALIFI omnes, corr. Guarini. — 3 EXI· Rom. EX I· Maz. Ior., emendavit Or. adhibito l. Suet. Tib. 35; cf. Cic. ep. fr. 2, 3; fam. 13, 2; Petron. c. 38; Martial. 12, 32. — 4 SVIS Ior. — COENACVLA omnes; item Roman. n. 1136. — 5 fuitne EQVIL·TRIA? [Mihi in mentem venit pro EQVESTRIA fuisse ET·VESTIBVLA; certe eiusmodi quid requiritur quod ad domum pertineat, neque tamen pars domus necessario sit, ut est vestibulum, id est locus vacuus ante ianuam. Cf. Becker Gallus 2, 181. Nec turbat pluralis numerus, cum nihil obstet plures ianuas in ea domo fuisse quin statuamus Th. M.].

Incertorum locorum.

139 *en la misma calle se ha descubierto una otra inscripcion sobre la tunica en 3 rigos, ancha 2 pal. y 8 on.* ACTA.

HIC·DVO·CVMILIRINI MVIINTES RVSTICA TVRBA
VO · YIII-RVN · ƎFVEƷVMIVSIƨ⅄ꟽAWMF
ALVIAN HIM · MN

Acta 22 Mai 1764.

140 *siguiendose à descubrir la misma calle se ha descubierto sobre de una muralla de ladrillos la inscripcion siguiente de rojo, ancha 5 pal. y alta 8 on.* ACTA.

M·HOLCONIVM·PRISCVM·AED·O^F

Acta 26 Mai 1764. Cf. Iorio p. 57.

141 prope 125—127. *Nelle abitazioni lungo la suddetta strada della città, si è incontrato un pezzo d'intonaco di 9 on. in quadro, che conteneva la seguente iscrizione* ACTA.

ANTHVSNA
HIC
CIBR$^{a}_{i}$NY

Acta 17 Nov. 1764. — *Anthus*[*a v*]*a*(*le*) | *hic* [*et ubique*] .....?

VICO DI NARCISSO.

142 lat. orient.; in muro 4 domus a muris, v. tab. Iorii n. 4, Bretonii n. 32 [t. A 51]. Secutus sum Iorium; nec vero de loco sine ulla dubitatione affirmaverim; Romanellius enim haec: *sul lato orientale* (*del vico di Narcisso*) *bisogna di veder tre case: la prima dal lato della fontana* [t. A 44] ... *d'Iside e di Osiride, la seconda di Apollo, la terza di Pupio.*

M·PVPIVM·AED ...

Acta 13 Dec. 1787 (cf. Ribau I 2 p. 168); Romanelli p. 103. Cf. Iorio p. 61; Bonucci p. 97.

M·PVPPIVM·AED *ed un poco in disparte comparisce la lettera A* acta. — ROG in fine addit Rom.

VICO DI MODESTO.

143 lat. occid., in angulo septentr. *del vicoletto di Mercurio* in aedibus Sallustii (male Iorio p. 67). Hinc domus in altero viae latere sita [t. A 63] nomen accepit. — In lateribus dealbatis.

MODESTVM = 0,14 *m.*
AED · O^F

Descripsimus. — Ribau 29 Iul. 1813 (vol. I 3 p. 224); Romanelli p. 117. — 2 AED·R· Romanelli.

VICO DELLA FVLLONICA.

144 e regione n. 146 AMICONE i. e. lat. occid., iuxta angulum viae thermarum.

CVSPIVM

Amicone 21 Mai. 1824. Alterum v. ed. Fior. addit hunc ROGANT; v. n. 1178.

145 lat. occidentali, in angulo septentr. *del vicoletto di Mercurio*; in tectorio.

CASELLIVM = 0,22
AED·D·R·P

Descripsimus. — 2 D·R·P Mommsenus solus vidit.

146 lat. orient. prope angulum viae thermarum. — *per incominciar ad aprire un' altra str. a man dritta (della str. delle Terme) verso settentrione; .... nel muro del suo lato destro* ACTA. *nel muro a destra la stradetta, che resta a dritta la nominata strada (delle Terme), venendo dal Tempio della Fortuna* AMIC.

C·I·P·II·VIR·I·D·
ᵖᵃᵖᴬNIO·ROG

Amicone 21 Mai., acta 31 Iul. 1824.

C·I·P·II·V·I·D·ROG acta. — 1 II·VIR·I·O^{F} Amic.

147 ibidem ACTA. *muro esterno* (i. e. occid.) *della casa Omerica* [t. A 73] MVS. — In tectorio albo.

C·IVLIVM·POLƳBIVM·IIVIRII.... = 0,24
. . . . . .

Descripsi. — Acta ibid.; Mus. Borb. II p. 10 ligno incis.

POLIBIVM acta. — II VIR acta et Mus.

148 iuxta praeced. ad septentr. versus, e regione tertii ostii aedium Pansae (n. 24 Breton p. 204), rubrica scriptum in tectorio.

ⁱRISISSE ISSE PARIS·AVG·VA

Tab. II 6. Descripsi.

Pa]ris isse, isse Paris Aug(ustiane?) va(le). Huius aut similis pars est, quod Garruccii *graff.* t. 22, 1 init. exhibet, ubi lego RIS ISSE.

STRADA DI MERCVRIO.

lat. orient. 149—179.
lat. occid. 180—229.

149 e regione tituli 180 MVS.

M · CERRINIVM
ÆD·POMARI·ROG

Mus. Borb. II p. 9 (ligno incis.). Acta et Amicone non habent.

150 in muro aedd. *del naviglio*.

M·C·V·Æ
D·R·P·O^{F}

Acta 19 Sept. et 16 Oct. 1825; Amicone 15 Sept. e. a., ubi est 1 ÆD. — 2 D·R·P·O·O^{F}.

151 iuxta anteced. ACTA. *on the great and antique stones which form the wall of the house of Bacchus and Ceres* (i. e. *casa del naviglio* v. p. 181) *toward this street* GELL.

M·C·V·ÆD·OR·VF 'mon'.
D·R·P

Dedi ex actis 16 Oct. 1825. — Amicone 2 Oct. 1825; Gell 1832 I p. 187; Guarini (ex sched. Iorii i. e. ex actis) it. vag. mans. II p. 23.

1 bis posuit Guar. — ÆD·OR·V·F Amic.; R·DORP Gell. — 2 D·R·L· Guar.

Cf. tit. sequentem. — 1 in muro fuisse puto M·C·V·ÆD·O^{F}.

152 pone praeced. v. 2.

MARIVM · AED

Acta 16 Oct. 1825; Amic. 2 Oct. 1825; Gell 1832 I p. 187; Guarini (ex schedis Iorii i. e. ex actis) it. vag. mans. II p. 23, qui cum praecedenti confuderunt omnes.

SVAE·R·IVNIVM Amic.; SVA PIVM IVS Gell; VARIVM·AED Guar. Fortasse priscum erat programma, in quo genere describendo mirifice errare solent.

153 iuxta praeced.

CERRINIVM
AED·ROG

Amicone 5 Oct. 1825.

154 ibidem. — *Sulla superficie delle mure esterne, verso il lato occidentale dell' abitazione medesima (del naviglio)* ACTA. *nel terzo staffio a destra* AMIC.

M·VALERIVM·AED
. . . . . .

Acta 31 Ian., Amicone 4 Ian. 1827.

155 ibidem. — *Nello staffio sinistro* AMIC. male.

M · HOLCONIVM
C·GAVIVM·II·VIR
. . . . . .

Acta et Amic. ibid.

156 ibidem.

M · CERRINIVM
VATIAM · ÆD
TINTIRIVS·ROG

Acta et Amicone ibid.

Ante 2 et 3 lacunam indicant acta et Amic. N. Tintirius Rufus est in I. N. 2261 (a. u. c. 752 duumvir u. a. s. p. p.).

157 ibid.

HOLCONIVM
PRISCVM · II · VIR

Acta et Amicone ibid.

Ante 1 et 2 lacunam indicant acta et Amic.

158 ibidem ACTA 31 Ian. 1827. AMIC. 4 Ian. e. a. — *Nel muro che sta di prospetto all' ingresso (della Fullonica n. 38)* ACTA 3 Iun. 1826. AMIC. 23 Mai. e. a.

. . . . . RIVM · SABINVM
AED·*m*ELISSAEVS·ET·TINTIRIVS
OPTIMVM·IVVENEM·ROG

Acta et Amicone ll. cc.

1 .....M·SABiNVM Amic. 1826, acta 1827 et pp. omm. Amic. 1827. — 2 AED om. acta 1827, Amic. 1827. — HELISAEVM (om. ET) Amic. 1826; HELISAEVS·ET acta 1826 et 1827; HELISSAEVS·ET Amicone 1827. — 2. 3 post TINTI et post IVVENEM incidunt acta 1826. — 3 ...OPTIMVM Am. 1827.

Melissaeos v. in ind. candidatorum, Mommseni I. N. ind., *Unt. Dial.* p. 187. — De Tintirio cf. n. 156.

159 ibid.

M·CERRINIVM·AED
. . . . . SVCVLA·ROG
D·R·P·S

Acta 31 Ian. 1827; Amicone 4 Ian. e. a. 3 corr. D·R·P·O^{F}.

160 ibid. — In muro aedd. *dell' ancora* GELL.

MARCELLVM
AED·ROG

Acta 31 Ian., Amicone 20 Ian. 1827; Gell 1832 II p. 9.

1 MARCELLIVM acta et Amic.; item 182. 187 alibi.

161 ibid. — In muro aedd. *dell' ancora* (inter n. 3 et n. 4) GELL.

M·HOLCONIVM
PRISCVM·ÆD·O^{F}

Acta et Amic. ll. citt.; Gell 1832 II p. 9.

1. 2 IVM | P om. Gell. — 2 PRISCVM·M·CALLICA Amic. cf. inscr. seq.

162 ibid. — In muris aedd. *dell' ancora* GELL.

L·VARIVM·M·CALLICA....
. . . . .
ÆD·D·R·P·O^{F}

Acta et Amicone ll. cc.; Gell 1832 II p. 9; Guarini (ex sched. Iorii i. e. ex actis) it. vag. mans. II p. 24.

VARIVM | ÆD OR·RO Gell. — 1 extr. lacunam significavi. — 2 om. Guar. — 3 P om. idem.

1 *L. Variu[m G]allica[num?*

163 *nel muro esterno della casa (dell' ancora)* ACTA et GELL.

CASELLIVM
Æ · O · V · F

Acta 26 Ian. 1827; Amicone e. d.; Gell 1832 II p. 9 male.

164 ibidem.

M · C · V · ÆD
MEMOR·ROG

Acta, Amicone, Gell (male) ll. cc.; Guar. (ex sched. Iorii i. e. ex actis) it. vag. mans. II p. 23.

165 sub praeced.

C·PVLNIS·FELICITER

Acta et Amicone 26 Ian. 1827.

---

166 ad sin. n. 3; colore albo in antiquiori tectorio.

P VIBIVM·CAC TAI | 0,30

Descripsi. — 4 littera a fine C, L, P, T, I fuisse potest.

P. Vibium .....?

---

167 *casa dell' ancora* (v. Merc. n. 3), in peristylii lateris occidentalis 10 arcus a septentr. par. sin., colore rubro in tectorio.

SVCCESSVS

Descripsi.

---

168 ibid. in 4 arcus par. d. col. r. in tectorio.

NOETE V | | 0,06

Descripsi. — *Noete v*[*ale*].

---

169 ibid. par. sin. col. r. in tectorio.

PROƆVS 0,045

Descripsi.

169*a* in poste dextro n. 4 col. r. in tectorio.

GENE | 0,22
PRIN | 0,17

Descripsimus. — 1 NL ego. — 2 PPIII ego.

---

170 inter n. 4 et n. 7.

L·VERANIVM·HYPSAEVM
QVINQ·D·R·P·OF
PRIMVS·ROG

Acta 24 Oct., Amicone 23 Oct. 1827 (inde Guar. it. vag. mans. II p. 24). V. 1 fortasse ex hac citat Gell 1832 I p. 185. — 2 OVF Am. — Inter 2 et 3 versum periisse indicat id.

---

171 inter n. 6 et n. 7; in tectorio albo.

A·VETTIVM FIRMVM
AED·O·V·F·DIGN·EST
CAPRASIA·CVM·NYMPHIO·ROG 0,10
VNA·ET·VICINI·OF 0,09

Descripsimus. — Acta 24 Oct., Amicone 23 Oct. 1827; Mus. Borb. IV p. 8 ligno inc. (inde Guarini *fasti* p. 107; ed. 2 p. 78); Gell 1832 II p. 10.

1 FIRMVM Momms., om. acta et Amic.; ego reliquias tantum incertas vidi. — 4 om. omnes praeter nos. — VICINI Momms.

---

172 ibid.

M·C·MA

Acta 24 Oct., Amic. 23 Oct. 1827.

M. C(*asellium*) *M*(*arcellum*) *a*[*ed*(*ilem*)].

---

173 iuxta 171. — *Dentro una riquadratura bianca* MVS.

MARCELLVM
AED

Mus. Borb. IV p. 9 ligno incis. (inde Guarini *fasti* ed. 2 p. 150).

---

174 *sul muro esterno della casa del questore* MVS. — inter n. 11 et 12, in albo tectorio.

A·VETTIVM·FIRMVM
AED·V·B·O·V·F·FELIX·CVPIT

Descripsimus. — Acta 1828 p. 216; Amicone 25 Sept. 1828; Mus. Borb. V p. 26 ligno inc. (inde Guarini comm. VI ed. 2 p. 95; *fasti* p. 107; ed. 2 p. 78); Gell 1832 II p. 19; Avellino opusc. II p. 226.

---

175 ibidem.

A·VETTIVM·FIRMVM·AED·O·V·F
FVSCVS·CVM·VACCVLA FACIT

Acta 1828 p. 216; Amic. 30 Sept. 1828; Mus. Borb. VI p. 11 ligno incis.; *Bull. Inst.* 1829 p. 86 (ex schedis Caroli Bonucci); Avellino op. II p. 226 (inde Guarini comm. VI ed. 2 p. 98).

1 FIRMVM acta, Am., Bon. — Ab O·V·F novum v. incoh. Bon. — M. Nigidius Vaccula est I. N. 2218; cf. *B. N.* 1858 p. 5.

---

176 iuxta praeced.

A·VETTIVM·FIRMVM
AED·V·A·S·P·P·OF FVSCVS

Descripsit Mommsen. — Avellino op. II p. 226 (inde Guarini comm. VI ed. 2 p. 95; *fasti* p. 106; ed. 2 p. 80).

2 extr. FVSCV... Mommsen.

---

177 in muro aedd. Centauri GELL.

M·CERRINIVM·VATIAM
AED·OF ET

Gell 1832 II p. 47, ubi 2 pr. est ÆED·OF.

---

178 *verso la fine della strada di Mercurio, sul muro esterno della casa di Meleagro* ACTA.

MARCELLVM
Æ·D·R·P

Acta 1830 p. 238 = *Bull. Inst.* 1830 p. 180.

---

179 ibidem ACTA et BVLL. — Ad sin. n. 16 i. e. ostii aedd. *del duca d'Aumale.*

CASELLIVM | 0,30
ERASTVS·CVPIT·Æ | 0,12

Descripsimus praeter litteras inclinatas. — Exhibent acta 1830 p. 238 = *Bull. Inst.* 1830 p. 180; Mus. Borb. VI p. 11 ligno inc.; Guarini *fasti* p. 166; ed. 2 p. 151.

---

lat. occident.

180 *da dietro l'arco* [t. A 75] AMIC.

M·ENIVM·SABINVM
AED·POMARI·ROG

Amicone 13 Iun. 1824; Mus. Borb. II p. 9 ligno inc.

1 .....IVM·SABINV... Mus. — 2 POMAN Amic.

1 corr. *Helvium* vel *M. Epidium.*

---

181 a sin. ab arcu veniens descripsit post arcum ante n. 182 MOMMS.

HYPSAEVM
.....

Descripsit Mommsen.

---

182 ad sin. n. 45. — *muro a destra dell' uomo che cammina nella strada al di là dell' arco di trionfo* MVS. perperam. — In lateribus dealbatis.

MARCELLVM·AED | 0,16
ET·..ALBVCIVM | 0,14
OF

Descripsimus. — Acta 2 Iul. 1825; Amic. 4 Iul. 1825; Mus. Borb. II p. 11 ligno inc. (inde Guarini *fasti* p. 126 et 165; ed. 2 p. 150); Gell 1832 I p. 187.

2 ET om. praeter Mus. et nos omnes. — inter T et A una littera periisse potest. — ALBVCIVM litteris aliquantum diversis scriptum esse adnotavi. — 3 non vidi.

---

183 inter n. 44 et n. 45; in albo tectorio.

0,37 | VETTIVM· FIRMVM | 0,12
Æ O·V·F·DIGN | 0,05
EST · POMARI · FACITE | 0,09

Descripsimus.

---

184 *nel secondo pilastro di una bottega testè scoperta, a sinistra dell' ampia strada* ACTA.

M·ALBVCIVM·Æ

Acta 23 Febr. 1826 (p. 148).

Corr. *L. Albucium* cet., nisi forte M ad aliud nomen pertinebat.

---

185 *nel secondo staffio a sinistra* AMIC.

FAVSTINVM

Acta 19 Sept. 1825; Amicone 15 Sept. 1825.

186 infra praeced.

L · ALBVCIVM

Acta l. c.; Amic. l. c. — Fortasse eadem est n. 184.

---

187 *nello staffio in seguito* AMIC. Inter n. 43 et n. 44; in albo tectorio.

L · VERANIVM · HYPSAEVM
II · VIR · I · D · TERTIO · QVINQ
CASELLIVM · MARCELLVM 0,18
AED · OPTIMOS · COLLEGAS

Descripsit Mommsen praeter 2; ego has reliquias vidi: 3 CA, 4 AED.....MOS. — Acta 25 Sept. 1825; Amicone eod. d.; ligno inc. Mus. Borb. III p. 11 (inde Guarini *fasti* p. 129; ed. 2 p. 114; Garrucci *B. N.* p. 1853 p. 6); vv. 3. 4 Gell 1832 I p. 187.

2 om. Guar. — ED pro II·VIR·I·D Mus.

---

188 *poco appresso dell' iscr.* n. 184 ACTA; *nello staffio a sin. della 5 abitazione* AMIC.

l · ALBVCIVM . . . . .
CASELLIVM · AEDILEM

Acta 28 Apr., Amicone 11 Apr. 1826.

Alquanto cancellate e monche acta. — ⌐·ALBVCIVM || AEDILEM·CASELLIVM Amic. — 1 I (pro L) acta. — 2 AEDILEM ex interpolatione aut mala lectione natum esse videtur, ut sic restituendum esse putem

L · ALBVCIVM
m. CASELLIVM AED . . . .

---

189 ibidem.

M · SAMELLIVM

Acta l. c.

---

190 *nello staffio a destra (della quinta abitazione)* AMIC.

M · C · V · Ⱥ · Ↄ

Acta 17 Mai., Amic. 22 Apr. 1826.

A D O F acta et Amic.

---

191 sub praeced.

VERANIVM · QVINQ
Ↄ

Acta l. c.; Amicone l. c. (inde Guarini it. vag. mans. II p. 24).

Fortasse cum praecedente titulo coniungendus.

---

192 ibidem.

M · S · ME

Acta l. c.; Amicone l. c. (inde Guarini it. vag. mans. II p. 24).

M·S·M acta. — Corrige: M·S·Ⱥ.

---

193 *nel pilastro a man destra dell' ingresso principale della Fullonica* ACT. i. e. inter n. 37 et n. 38.

.....SAEVM · QVINQ
D·R·P·VICINI·VOLVNT

Acta 3 Iun., Amic. 23 Mai. 1826.

1 *Hyp]saeum quinq(uennalem)*.

---

194 sub antecedenti.

CASELLIVM · Ⱥ · Ↄ

Acta l. c.; Amicone l. c.

---

195 *nella faccia esterna del piè-dritto a destra del secondo ingresso (della Fullonica, il quale va dritto a comunicare col peristilio di 6 colonne)* ACT. i. e. inter n. 36 et n. 37.

sic Q · POSTIVM · MODESTVM
QVINQ · D · R · P · Ↄ

Acta 15 Iun. Amic. 31 Mai. 1826.

1 PVSTIVM acta. — 2 ab D·R·P· incipiunt acta. — 1 eodem modo scriptum habes n. 1016 Q·POSTIVM·PROCVLVM.

---

196 sub anteced.

CERRINIVM · AED · Ↄ

Acta l. c.; Amicone l.c.

---

197 ibidem.

L·ALBVCIVM
Ⱥ·*d*·R·P·O·V·F

1 extr. F acta, I ego. — 3 nil vidi nisi D parum certam. — Latetne *verecundum* ... (968), an *iuven. innocuae aetatis* (720)?

1144 in forma WEBERI n. 10. — Nunc in museo (tab. n. 1751).

L·POP·ID·
SECVNDVM
AED·O^{F}

Descripsi quae supersunt. — Acta 22 Febr. 1756; Weber I 2 p. 95 n. 10; eundem exhibere videtur Guarini *fasti* p. 99, ed. 2 p. 115, qui om. v. 1.

1 incerta vestigia restant. — 3 Ɛ (pro E) vidi.

1145 in forma WEBERI n. 11. — In museo.

cn. HELVIVM · SABINVM 0,195
AED·IVVENEM PROB

Descripsi. — Acta 29 Febr. 1756; Weber I 2 p. 96 n. 11; Diss. Isag. t. X 2 (Guarini *fasti* ed. 1 p. 64).

1146 ibidem, sub praeced.

PAQVIVM·D·I·D 0,19
VENERI · ROGANT 0,10

Descripsi. — Acta et Weber ll. cc.; Diss. Isag. l. c., cf. p. 65 (Guarini comm. VI ed. 2 p. 74; *fasti* p. 104, ed. 2 p. 78; solum v. 2 male Romanelli p. 163); Garrucci *B. N.* 1853 p. 151.

2 extr. ROG(*at*) VTI F(*aveat*) male legit interpretatusque est Rosinius.

Veneri(i) sunt servi s. ministri ab aede Veneris, ut Isiaci ab a. Isidis; noti sunt Venerii Veneris Erycinae velut ex Cic. div. in Caecil. 17. — Quare nescio an recte coniecisse mihi videar, aedem Veneris Pompeianae in hac regione repertum iri.

1147 ibidem, pone 1145.

A·VETTIVM·FIRMVM 0,29
AED·O·V·F·D·R·P·O·V·F·PILICREPI·FACITE

Descripsi. — Acta et Weber ll. cc.; Diss. Isag. l. c., cf. p. 66 (inde Guarini *fasti* p. 107, ed. 2 p. 79; Avellino op. II p. 290); Wordsworth p. 12 (Henzen 7305); Garrucci *B. N.* 1853 p. 151.

2 O·V·F scriptoris errore iteratum. — *Pilicrepi* memorantur ab Seneca ep. 56; Orelli 2591; *Bull. Inst.* 1866 p. 174; Isid. gloss.

1148 in forma WEBERI n. 12 male, extat enim in museo in eadem tabula in qua 1145 sqq., sub 1147.

0,13 L·CAECILIVM·CAPELLAM·II·VIR·DRP

Descripsi. — Acta l. c.; Weber l. c. n. 12; Diss. Isag. l. c. (Guarini *fasti* p. 96; ed. 2 p. 119).

1149 in forma WEBERI n. 11. — In museo ibidem, sub 1146.

0,24 L·CEIVM·SECVNDVM·AED CANTVS FACIT

Descripsi. — Acta l. c.; Weber l. c. n. 11; Diss. Isag. l. c. (inde *Wiener Jahrb.* XX p. 12; Guarini *fasti* ed. 1 p. 100 qui ultima ceteris infelicius legit RVFVS·EMIT).

1150 in forma WEBERI n. 12 (v. ad 1148). — In museo ibidem pone 1149, sub 1148.

SECVNDVM · AED 0,13
FORNACATOR· ROG

Descripsi. — Acta l. c.; Weber l. c. n. 12; Diss. Isag. l. c., cf. p. 65 et p. 66 (inde Gell 1832 I p. 128; Guarini *fasti* p. 100, ed. 2 p. 116); pessime Bonucci p. 227 (inde Gell 1832 I p. 186); cf. *B. N.* 1853 p. 151.

2 FVRNACATOR omnes legerunt, sed altera littera O (superne mutila) esse videtur; magis incerta est paenultima, quae nescio an O sit corrigendo facta ex A.

Fornacatoris unica praeterea memoria restat apud Paullum (Dig. 33, 7, 14): „instrumento balneario legato, etiam balneatorem contineri Neratius respondit. Continetur autem et fornacator" (ubi *fornicator* cod. Flor.).

1151 ibidem ubi 1135 sub capite rubro colore male delineato ACT. — In forma WEB. n. 13.

CN *h*·S·AED·CVM·AD^{F}·OVFRP

Acta 3 Apr. 1756; Weber l. c. n. 13 huius loco exhibet titulum 1168 alio loco alio tempore repertum.

Ab initio CNEI·S acta; quae secuntur fortasse sic emendanda sunt: O^{F} || .....VM·AED OVF *d*RP; versuum enim distributionem acta in omnibus quos eod. die exhibent titulis neglexerunt (1135. 1135*a*? 1152).

1152 ibidem ACT. in forma WEBERI n. 14. — Nunc in museo.

0,17 VETTIVM·FIRMVM
0,10 Ⱥ·O·V·F·D·R·P

Descripsi. — Acta l. c. uno v.; Weber l. c. n. 14; Diss. Isag. t. XII 4 (Guarini comm. VI ed. 2 p. 75).

2 in P color decurrit ita ut litterae R similis evaserit.

Infra hanc alius reliquias vidi incertas, quae fortasse referendae sunt ad ea quae acta l. c. sub 1152 exhibent

1152*a* ΛROF·ƆΛO

fortasse sic corrig.: A·V·C·F·Ⱥ·O^{F}.

1153. 1154 in forma WEBERI n. 15. — In museo.

1153 *cusp*IVM·PANSAM 0,225
AED OVF

1154 ALBVCIVMⱥ 0,32

Descripsi. — Acta 28 Aug. 1756; Weber l. c. n. 15; Diss. Isag. t. XII 3 (inde opinor perperam Guarini *fasti* p. 126, ed. 2 p. 150 hanc effecit: ALBVCIVM || AED·O·V·F). In hoc antiquioris tituli reliquiae extant.

1154 lunae, qua littera D exprimitur in nota Ⱥ, reliquias vidi; ceteri om.

In eodem pariete actorum auctor legit haec fragmenta: CC*sf*L et IDO·I·DOG...L·PO... (leg. *l. po*[*pidium* ...).

1155 in forma WEBERI n. 16. — Nunc in museo.

*R*VFVM·ÆD·O^{F} 0,27

Descripsi; R evanuit. — Acta 18 Sept. 1756; Weber l. c. n. 16; Diss. Isag. t. XII 1.

1156 ibidem, sub praeced.

Q·POSTVMIVM 0,255
MODESTVM·QVINQ·O^{F} 0,11

Descripsi; 1 Q et superior litterae P pars evanuerant. — Acta l. c.; Weber l. c.; Diss. Isag. l. c. (inde male Guarini comm. VII ed. 2 p. 23. 26; *fasti* ed. 2 p. 122).

1 Q acta servarunt sola.

1157 ibidem, sub praeced.

L·CEIVM·SECVNDVM·II·VIR·... 0,24
O^{F} PAPILIO·ROG 0,095

Descripsi. — Acta l. c.; Weber l. c.; Diss. Isag. l. c. (Guarini *fasti* p. 99, ed. 2 p. 115).

2 extr. certa mihi visa sunt PAPILIO·ROG; in quibus legendis infeliciter versati sunt omnes, acta enim IMDIO, Weber et Diss. T·AELIVS.

1158 ibidem, sub praeced.

0,185 P·PAQVIVM·ET·A·VETTIVM·D·I·D·O·V·F· SCR .....

Descripsi. — Acta l. c., melius 25 Sept. 1756; Weber l. c.; Diss. Is. l. c. (Guarini comm. VI ed. 2 p. 74; *fasti* p. 104, ed. 2 p. 77). — SCR om. omnes.

1159 ibidem, sub praeced.

0,22 L·POPIDIVM·SECVNDVM·AED·D·R·P·O·V·*F*
. . . . . Ro . . . . . .

Descripsi; L restabat infima, V (ultimae) prior pars, evanuerat F tota. — Acta 25 Sept. 1756; Weber l. c.; Diss. Is. l. c. (Guarini *valore d. c.* SEXS p. 40; *fasti* p. 133, ed. 2 p. 131).

2 om. omnes.

1160 in forma WEBERI n. 18. — Nunc in museo.

MODES*TVM*
QVINQ·*O·V·F*
D·R·P
OVIDIVMREI////

Descripsi quae restant. — Acta 9 Oct. 1756; Weber l. c. n. 18.

3 P·Λ·P acta; litterarum D·R vestigia vidi sat incerta. — 4 om. acta et Weber; fortasse alienus est a praecedentibus.

1161 in forma WEBERI n. 19.

O SECVNDVM L ISTIVII O

Acta l. c.; Weber l. c. n. 19.

In Weberi ed. Fior. sic habetur: ....SECVNDVM·O*F*, sed in *Annali Inst.* l. c. ad 1135 initium ut in actis *O Secundum.* In fine restituerem L·P·S·II VIR·O*F*, si L. Popidium Secundum II viratus candidatum fuisse satis constaret; v. ad 1020.

1162 in forma WEBERI n. 20. — Nunc in museo.

L · CEIVM · SECV*n*DVM II VIR
DIGNVM . . VVENSCENENIIRVS O*F*

Descripsit Mommsen; ipse reliquias vidi. — Acta 3—8 Ian. 1757; Weber l. c. n. 20; Diss. Isag. t. X 1 (inde Romanelli p. 94 de quo v. i.; Guarini *fasti* p. 99, ed. 2 p. 116).

SECVNDVM GIVIM || IIC. IOVN (pro DIGNVM) ONDVVSCENE'NIEM || RO^{c} acta, SECVNDVM·GAVIVM (VM W.) || DIGNVM·AED·VENERI·ROG· Diss. et Weber. — 1 L·CEIVII·S.C....VM IIVIR·V, 2 ENEKIICRVRO*F* ego; ceterum horum ope apographorum si quis, legendi peritus, inscriptionem denuo inspicere volet, non dubito quin plus etiam sit profecturus.

Romanellius, qui titulum huiuscemodi C.CEIVM SECVNDVM AED.VENER.ROG se legisse testatur in latere meridionali viae consularis his verbis *a pochi passi* (ab aedd. *di Cajo Nivillio,* v. tit. n. 129) *era la casa di Cajo Cejo di rincontro alla fontana* [tab. A 44], *convertita oggi in abitazion della guardia,* nullus dubito, quin et in loco sit falsus (sicuti falsus est in n. 1093) et eadem illa diffingendorum titulorum licentia usus sit, cuius iam compertus est duplici exemplo (v. 479—480. 485).

LOCORVM INCERTORVM.

1163—1164*a* in muris sepulcrorum extra portam marinam, haud procul a taberna *del rapillo,* ad viam q. d. regiam, positorum reperta esse patet ex ACTIS (cf. IORIO p. 235).

1163 in fronte tertii sepulcri, *sobre la misma piedra è inscripcion de marmol* [I. N. 2364 = C. I. L. 1 n. 1253], *existe en el muro otra inscripcion escrita en la tunica con letras coloradas, y las que se han podido copiar son las siguientes* ACT. Nunc Neapoli in museo (tab. 1755 = DCCCVII).

INVN . . . . . CEERNVM
IM LR . . . . . AS·SPEMSVS
S . . . . . E . . . . . .
. . . . . .

Acta 27 Nov. 1756. — Ego has reliquias vidi, si quidem eadem inscriptio est: 1 I..I VM.....EMINVM (0,24), 2 init. II VIR..... (0,14) quae tamen aliena esse mihi visa sunt a ceteris, 2 extr. SPI (vel E) CTASVS (0,12).

Fortasse huc referenda sunt, quae habet Clarac p. 88: *on ne peu guère regarder comme une inscription les noms des deux* Geminus, *consuls l'an 29 de J.-C. et qu'on a trouvés autrefois sur un mur près de la ville. M. Lavega m'a assuré que de toute l'inscription il ne restoit absolument que ces noms.*

1164. 1164*a en un muro imediato* [post titulum I. N. 2363] *se han descubierto tambien en dos partes algunas letras en la tunica con tinta roja* ACT.

1164 in una parte

R P ⅂
ЄA Đ S
ЄIΛNMS
R X

1164*a* in altera

I·SI·ΛλRÆ

Acta l. c.

1165 *en la maseria de Irace à la colina que mira el cammino real* (*que mira à la marina* 7 Apr.) ACTA 17 Mart. 1759; massa illa his finibus terminabatur: taberna *del rapillo*, via regia, hemicyclio prope t. Herculis [t. A 132*a*], aedibus *del labirinto,* fonte q. v. *fontana di Phoebus* [t. A 44], compito ad sedile Mamiae [t. A 12]; v. Fiorelli *giorn.* 1851 fasc. 2 p. III et Ribau 21 Mai. 1757. — Nunc Neapoli in museo.

POSTVMIVM·PROCVLW
AED · POTHINVS · ROG
SCR////CINA·VBC

Descripsimus. — Male acta 28 Mart. 1759; Diss. Is. t. XIII 7, cf. p. 66 (inde Bonucci p. 226 = Gell 1832 I p. 185; Guarini *fasti* p. 138, ed. 2 p. 125).

Acta non exhibent nisi haec POSIVMVM TIO || LID·POTHH. — 1 PROBVM et 3 FER TVNNVM Diss. — Ut ego Mommsenus quoque legit, nisi quod is 3 SCR ΞVNNVRF; mihi post SCR fortasse I longioris pars suprema extare, ut SCRIB fuerit, nominis quod sequitur prima littera C vel Є vel S, altera V vel N, quarta A· vel N fuisse visae sunt; deinceps fuitne *v(irum) bo[num]*?

1166 *en el nuebo cavamento de la maseria de Irace y Diego Cuomo . . . en frente de una muralla de ladrillo sin tonica se ha descubierto una inscripcion . . . alta 7 pal. por 5 pal. abentajados* ACTA; fortasse in via *dei sepolcri.*

HOLCONIW RO
PAQLVM·VII
LI·VAA IIIIVAAMTVM
LI POPI IVM PRAIIII
5 O·D·VIII
O V NVV
I V λ D

Acta 16 Febr. 1760.

Legendum esse puto: *Holconiu[m] ro[g...]*, 2 *Paq[u]ium ...*, 3 *[N]um[mian]um*, 4 *[N]. Popi[d]ium [Rufum?]*, 7 *iur. d.*

1167 in eadem massa.

GAVIVM · *r*V*fu*M
D · I · D · O · V · F

Acta 2 Mai. 1760, ubi 1 est GAVIVM · AVIM.

1168 *en la maseria de D. Carlos Balzano en una muralla entonacada de blanco* ACT., quae massa quo loco fuerit sciemus, si quando Fiorellii opera prodierit descriptio territorii Pompeiani, quale fuit, antequam effodi vel potius suffodi coeptum est (cf. *giorn.* 1851 fasc. 2 p. 1). — Nunc Neapoli in museo.

CN · HELVIVM ⌀ 0,26
SABINVM · AED · O*F* 0,16
IVNIA ROG 0,065

Descripsi. — Acta 6 Sept. 1760 (v. etiam ad n. 1151); Diss. Is. t. XIII 4 (Guarini *fasti* p. 63, ed. 2 p. 120).

1169 in eodem pariete ACTA. — Nunc Neapoli in museo.

S A M E L L I V M 0,19
AED · O*F* IVVENEM P 0,095
L · ALBVCIVM 0,19

Descripsi. — Acta l. c.

1170 in eodem pariete ACTA. — Nunc Neapoli in museo.

L · CELSVM 0,24

Descripsi. — Acta 13 Sept. 1760. — Cf. p. 8.

1171 in eodem pariete ACTA. — Nunc Neapoli in museo.

0,24 ALBVCIVM MINCA////// 0,14
SPRVOIVS · ROG 0,07

Descripsimus. — Acta l. c.; Diss. Is. t. XIII 1 (Guarini *fasti* p. 16, ed. 2 p. 21).

1[1] MINC·A acta, MINO////// Diss. et Mommsen; his quid faciam nescio. — 1[2] sexta littera I vel T vel L vel S fuisse potest. — SIRVOIVS acta, SP·RVOTVS Diss., SP·RVOTVS Mommsenus; fuitne SERVOIVS?

1172 locum non indicat DISS.

CVSPIVM · PANSAM
AED·D·R·P·CAMPANVS·ROG

Diss. Isag. t. VII 1.

1173 in volumine picto cum instrumento scriptorio. — *Fu trovata coll' altra compagna* [1174] *negli scavi di Civita* ANT. — Nunc Neapoli in museo, ubi videre non potui.

QVISQVIS ·
AMAVALIA
PIIRIA·QVI·P
OSCI..ΛΛΛΛΛ]
RIIIA//NTIIPII
RIA QVISQV
IS · AMARII
V*OCA*-
FIILICIIS ·
*AD*IAS AI*A*
PVPA · S ·
*M*ARTIA///
..TI·VILI·
DII NOƆIA
MAXIMA ·
CVRA·ΛΔA*LII*

Tab. XVIII 1. Descripsi ex exemplari photographo quod Fiorellio debeo; inclinatas dedi litteras, quae incertae sunt. — Aeri inciderunt *Antichità di Ercol.* II p. 55 et p. 221 (quarum editoribus nil legere praeter 1 et 15 et principium 16 contigit); Mus. Borb. I t. XII 1 (obiter expressa inscriptione, cuius nil expedivit editor); Garrucci *B. N.* 1853 t. I 1, p. 8 et *graffiti* t. VI 2.

3. 4 PARCI(*t*)· Garr. — 4 AMARE (RE *in cifra*) id. — 5 RISTANTII i. e. *restante(m)* id.; fuitne RICSANTII? — 8 prima littera V vel R fuisse videtur, altera O potius quam A; VOCA vel VACA Garr. — 10 altera littera utrum D an B sit incertum est; ADIAS Garr. — |AS| et 11 PIIRI·|O· i. e. *perias o* id., tres lineas illas eo consilio additas esse opinatus, ut v. 10 litterae AS post 11 PIIRI· revocandae essent; sed postea in *graff.* v. 11 extr. SII i. e. *se(d)* interpretatus est; ego de his coniecturam nullam proponere ausim, neque enim talia possunt nisi inspecto archetypo expediri. — 13 SITI i. e. *si te* Garr.; in meo exemplari ante TI praeter infimam fortasse litterae S virgulam vestigia apparent nulla. — 14 prima littera B vel D, altera II vel V, quarta A vel O esse videntur; quinta B est, non R, ultima nescio an M sit; totum v. DIINARII legit Garr. — 16 extr. FERIT (IT *in mon.*) Garr. in *Bull.*, TENET id. in *graff.*

Quisquis ama(t) valia(t) peria(t) qui p[arcit?] a[mar]i.
Ri[csan?]te(m) peria(t) quisquis amare voca(t).
Felices a[d]ias, [perias vel *perias sed] [M]artia [si] ti*
Vili [de] n[o]bi . . maxima cura . . a[l]e.

1174 in pictura Pompeis reperta (v. ANT.), quae nunc est in museo Neapolitano, ubi non vidi. — In ea praeter duas tabulas cum manubrio, nummos, capsulam cum septem voluminibus, sacculum plenum clausum picta est tabella, sive sunt duae tabellae colligatae, in quibus scriptura quinque et sex versuum expressa est.

SIIIPTMIA	*SIIPTIMIA*
CAES . . .	*ACCI CAIISII·*
A . . . RIA	*MARCELLA*
·V·	*AMARANTI·*
.. ...	*ACTV CARA*
..	

Tab. XVIII 3 ex Garruccii tabula. — Totam picturam exhibent *Antichità di Ercolano* II p. 7 et p. 191, peiusque Mus. Borb. I t. XII 3; scripturam Garrucci *graffiti* t. VI 6. — Quae collatis inter se Antiq. et Garruccii exemplis minus dubia esse viderentur, rectis litteris, cetera Garrucciana eademque incertissima inclinatis exhibui.

1175 in alia pictura (reperta *negli scavi di Portici* ANT.), quae nunc est Neapoli in museo, ubi non vidi, volumen duabus columnis sex et octo linearum scriptum exhibetur, sed ita ut praeter I 1 med. B, II 6 R, II 7 H nulla littera expressa esse videatur, id quod videre licet ex tab. XVIII 2 (ubi dedi ex imagine photographa a Fiorellio mihi missa); Garrucci *graffiti* t. VIII 4 columnam priorem repraesentavit, ubi v. 1 et 2 legere sibi visus est PVBLIVM || AVFIDIVM, quorum hoc certe plane temerarium est. — Nimis parva mensura aeri incisa est in *Antichità di Ercolano* II p. 93 et p. 249. — Ceterum, licet Herculanei (non Pompeis ut Garruccius ait) reperta sit, tamen hic extra ordinem inserendam esse duxi.

1175*a* in sacculo picto.

·MS·XIII
MUƆ X ∽
+JUIIIX
·— —

Pitture di Ercolano V p. 73 et p. 247.

1 altera littera itemque 3 altera num s sint intellegendae incertum est.

1175*b* Alia id genus, quibus tamen uno excepto omnibus scriptura indicata est dumtaxat, ita ut paene nil legi possit, exhibent *Pitture di Ercolano* III p. 227 (ubi in basibus trium statuarum equestrium fixa est tabula longa cum inscriptione), p. 237 (rep. Pompeis 14 Iun. 1760; diptycha inscripta), V p. 245 („*nell' intonaco di una casa nell' entrare dell' antica città di Pompei*"; ubi homo in muro sedens volumen scriptum legit, p. 249 (Pompeis rep., ubi femina Satyri comes cantare videtur ex volumine carminibus inscripto), p. 375 = Mus. Borb. I t. XII 2 (rep. Pompeis; diptycha et tabella inscripta); *Pitt.* l. c. in alia eiusdem parietis parte in laguna ACTYSI inscriptum est; Mus. Borb. l. c. 4 (volumen inscriptum); eiusdemque generis est n. 879.

1175*c* sub Osca .. EMENS·MELIISSAII exhibet MIC., quae picta erat in via Mercurii in muro aedium Pomponii (vel potius inter n. 3 et n. 4 in muro aedd. *dell' ancora*; v. LEPS.) in tectorio.

C·III III III MELISSAEVM

Micali *monumenti per servire alla storia degli antichi popoli Italiani* tab. CXX 5 (inde Lepsius inscr. Umbr. et Osc. p. 66 et Mommsen *Unterital. Dial.* p. 181). — Oscam praeterea solam exhibent Avellino *Bull. Inst.* 1831 p. 14; Gell 1832 I p. 187; Guarini *de' consoli vol. munic.* p. 39.

Latinam inscriptionem cum praeter Micalium viderit nemo, ipse autem non exhibeat nisi in tabula et ea quidem litterarum forma quae in parietibus certe Pompeianis plane sit inaudita, errore nescio quo Micalii ego natam esse suspicatus inter sinceras fidei titulos referre nuper nolui: fortasse immerito. Inserenda autem erat post n. 169.

STABIAE.

1175*f* in fragmento picturae rep. *negli scavi di Gragnano*, mox in museum Neapolitanum translato, quo exhibetur *la testa di un uomo dolente, e in atto quasi di piangere, comparendovi anche un pezzo forse di scudo, accanto una colonna, sulla quale, e sul muro, che le sta dietro, si leggono queste lettere . . . ed è verisimile, che vi fosse dipinto un sepolcro* ANT.

DIDVI

Antichità di Ercolano III p. 231.

DIDVı legit *Ant.* auctor; poteris etiam BIBVı.

In schedis latuit haec, inserenda post n. 237 vel post n. 238.

1175*d* in aditu aedium *del labirinto* adscripta figurae, quae videtur esse gladiatoris, rudissime pictae MOMMS.

FVTVS VI
·MP XXN

Descripsit Mommsen. Litterae S forma talis est, qualem habes velut in tab. II 5. — 3 nota nescio an intellegenda sit Θ.

1175*e* in pictura fortasse Pompeiana musei Parisiensis olim Campanae, nunc Napoleonis III (qua viri tres hastas gerentes et vestibus longis induti capite nudi, quorum duo barbati, tertius inberbus, repraesentantur) litteris magnis bonis.

INCC . . . . . Misit Aemilius Huebner.

HERCVLANEVM.

1176 in pictura rep. *negli scavi di Resina l'anno 1749* ANT. litteris quadratis.

Harpocrates *ara cum serpente* GENIVS I-IVIVSLOCI MONIIS

Antichità di Ercolano I p. 207.

Alteram Herculanensem supra habes n. 1175.

EDICTA MVNERVM EDENDORVM.

Tertia hac pictarum inscriptionum parte eas exhibui, quibus palam propositis munera edenda edicebantur (cf. Lipsius Saturnal. II 18 et Henzenus act. acad. pontif. XII p. 119 n. 177); iisque inserui propter argumenti affinitatem 1180, qui tituli sunt editi muneris imagini inscripti. — Pictae sunt quod sciam omnes in tectorio eodem colore eademque litterarum specie atque candidatorum programmata recentiora, nec solum per vias, sed etiam intra aedificia publica (1177. 1184—1186. 1188), ut tamen fragmentum 1197 in horto domus privatae scriptum et ipsum munerariae esse possit, sicuti illam 805*b*, qua candidatus commendari videtur, in ipsius candidati domo reconditam potius quam propositam esse supra vidimus.

1. Initium faciunt harum inscriptionum quinque a muneris causa vel occasione; cuiusmodi sunt

pro salute domus Aug(ustae) 1196,

pro salute [*imp.* vel *imp. Ti.*] *Caesaris Augu*[*sti*] *li*[*b*]*e*[*ro*]*rumqu*[*e*] [*eius et ob*] *dedicationem arae* 1180,

pro salute [*Ger*]*man*[*ici Caesaris*] 1181; cf. fragmenta 1197. 1198. [1194?],

dedicatione [*ther?*]*marum* 1177; cf. 1178.

In iisdem secundo loco, in ceteris autem (truncatas enim excipio) primo pronuntiatur, cuius viri sit familia gladiatoria (munus appellari videtur 1177); sequitur quot paria pugnatura sint, in quo oppido, quibus diebus; subiectis iis ludorum generibus, quae ad gladiatorum pugnam accessura sint; extremo autem loco eae res promitti solent, quae ut munus spectatoribus gratum reddatur praeter ipsa spectacula exhibeantur, ut sparsiones et vela. Quae iam singula paucis persequamur.

2. Ac primum quidem editores munerum hi sunt:

Cn. Alleius Nigidius Maius, qui dicitur princeps coloniae 1177 (cf. 1178), quinq(uennalis) 1179, flam.... Caesaris Augusti 1180, munus 1180 propositum Augusti aut Tiberii aetate edidit; notus est praeterea locatione 138; cf. 499? 504? 512?

[*Ti.*] *Claudius Verus,* idem ut videtur, qui duumviratus candidatus est in titulis 367. 418. 425 (cf. 440. 369. 364. 1118), Germanici Caesaris tempore, si inscriptionem laceram 1181 recte restituero, edidit.

N. Festius (vel *Fistius*) *Ampliatus* (1182. 1183. 1184), aliunde ignotus; illius tamen muneris, cuius imago in sepulcro Scauri exhibetur, aetatem Mazoisii observatione usi ita definire possumus, ut, cum ibi bestiarius sagi obiectu contra bestiam, quae ursus esse videtur, utatur (quod spectaculi genus Claudii principatu in harenam translatum esse Plinius N. H. VIII 16 § 54 tradit), praeterea Pompeiani spectaculis gladiatoriis prohibiti esse videantur decennio a. p. Chr. 59—69 (Tac. Ann. XIV 17), denique, nisi Mazois fallitur, in sepulcro illo terrae motus a. 63 vestigia deprehendantur, ut igitur inter annos p. Chr. 41 et 59 editum esse putandum sit.

.. *Lucretius Valens,* D. Lucretii Valentis filius, Neronis, Augusti filii, flamen perpetuus 1185. Novimus ex I. N. 2273 D. Lucretium Valentem a. p. Chr. 34 II virum u. a. s. p. p.; cf. 1084.

N. Popidius Rufus 1186. 1187. 1188; idem fortasse est, cuius muneri vel muneribus plauditur acclamatione 1094, quique et aedilitatis et duumviratus candidatus proscriptus est multis exemplis. De aetate tamen eius nil compertum habemus, nisi forte inde, quod 1188 itemque plerique eius tituli honorarii in antiquiore vel tectorii stratura vel albo inscripti sunt, paullo altius eam ascendere conicere licet.

A. Suettius Certus, cuius ad unum idemque munus spectant 1189 et 1190, quod Neronis, ut videtur (v. 1190), principatu edidit aedilis; idem in uno solo titulo 821 aedilitatis, in ceteris omnibus duumviratus candidatus est.

Hos igitur viros omnes (praeter Ampliatum) cum videamus principes Pompeis fuisse viros, qui summis honoribus vel functi essent vel digni existimarentur, ut certum est non in sordidam mercedem tale negotium quaesivisse, ita tamen utrum sua pecunia ambitione municipali munera ediderint, an munerum sumptibus publicis institutorum curam susceperint in ambiguo relinquitur.

Alios munerarios novimus titulis 2476 et 2508 et Tac. Ann. XIV 17.

3. Parium numerus indicatur in hisce: 1201 *par. XX*, 1193 *par. X·X·*, 1200 *paria XXX . . .*, 1204 *par? XXX*, 1179 *par. XXX et eor(um) supp(ositicii)*, 1187 *par. X . . .*, 1196 *par . . .* (1182 octo gladiatorum parium pugna repraesentata est).

4. In his 1179. 1180. 1181. 1184? 1186 (bis). 1189. 1190 addere non omittitur Pompeis munus editum iri, ut id genus edicta in oppidis quoque vicinis proponi solita esse appareat; quaecumque autem ex parietinis Pompeianis descripta hucusque innotuerunt, eorum nullum est, quin ad spectacula ipsis Pompeis edenda referendum esse videatur.

5. Dies muneris hi sunt: [. . . *Ma*]*rt.* 1181, *V k. April.* 1185, *IV*? *nonas A*[*pril.*?] 1187, *non. A*[*pril.*?] 1193. *ex XII k. Mai.* 1186, *k. Mais*? 1184, *XVI*? *k.*? *Iun.* 1183, *pr. k. Iunias* 1189. 1190, *ex k. Iuni.* 1204?, *sine ulla dilatione IIII Non. Iul.* 1180, *VIII. VII. VI. k. Dec.* 1179, *V. IIII. III. pr. k. Dec.* 1199, *XIII k*? . . . 1194, *quo tempore habebit sei*? *fec . . .*? 1196.

6. Quae praeter gladiatorum pugnam exhibentur haec sunt:
venatio, athletae, sparsiones, vela erunt 1177,
ven[*atio, athle*]*tae, sparsiones qua dies patientur erunt* 1181,
venatio, mal[*i*?] *et* — an *ma*[*tut*(*ini*)]? — *vela erunt* 1186,
venatio . . . vela erunt 1180,
venatio et vela . . . 1192,
venatio, vel 1183,
. . . . . et venatio e[*runt*] 1187,
. . . ven. et glad. par. XX 1201 (in quo solo venatio praecedit gladiatorum commemorationem),
. . . ven. erit 1179,
venat 1199,
. . . venatio . . . 1202,
matutini erunt 1200? (cf. 1187?),
s[*p*]*ars.* [*et*] *ve*[*l. e*]*r*[*unt*] 1184,
. . . vela . . . 1203.

Denique commemoranda sunt ea, quae nonnullis harum inscriptionum adscripta sunt nec vero ad indicenda munera pertinent, acclamationes dico et scriptorum nomina adiecta.
totius orbis desiderium 1184 (ad munus ni fallor referenda),
Maio principi coloniae feliciter 1177,
Maio quinqu(*ennali*) *feliciter* 1179,
[*Ve*]*r*[*o*] *feli*[*citer*] 1181,
. . . o procurator[*i*?] *felicit*[*er*?] 1186; cf. 1184,
omnibus Nero[*n*(*ensibus*) *mun*]*eribus feliciter* 1190,
p. colonia 1185?
Paris va(*le*) 1179,
Marti . . . . . aio? 1179,
scr(*ibit*) *Secundus dealbante Vic*[*tor*]*e*? *adstante Vesbino . . .* 1190.
scr. Sexti . . . . . 1200? — *scr. . . . . 1178.*

1177 *nel cortile delle terme sul muro che si alza alla dritta dell' uomo che entra* [intell. ex viculo thermarum] MVS. (cf. AMIC. IOR. GELL), ibique [t. A 74 *b*] reliquias vidi in albo tectorio colore rubro pictas.

c. 0,50 DEDICATIONE POLY MAIO PRINCIPI·COLONIAE FELICITER
0,10 . . . . . RVM·MVNERIS·CN·ALLEI·NIGIDI·MAI
. . . . . VENATIO·ATHLETAE·SPARSIONES·VELA·ERVNT

Acta 23 Aug. 1824; Amicone 21 Aug. 1824; ligno incis. Bechius in Mus. Borb. II p. 6 (inde Iorio p. 80 qui ipse reliquias vidit, ex eoque Bonucci 1830 p. 127 et Guarini *fasti* p. 193, ed. 2 p. 92 = Henzen 6166; ex Museo opinor Gell 1832 I p. 92, nisi quod 1² COLONIÆ more suo, 2 . . . . . RIVM — NIGER vel NICIO, pro NIGIDI · MAI, exhibet et 3 VENATIO · ATHLETÆ quartum versum esse voluit; Garrucci *B. N.* 1853 p. 116). — Ipse 1 D et dimidiatam I, 2 vestigia incerta vidi.

2 NIGID..MAI.. acta, NICIDI·MAI Amic., NICIDI·MAI Bechi, idem tamen *Nigidii* interpretatur. — 3 . . . . . VENATIO·ATHLETAE om. acta.

1 POLY . . . . fortasse scriptoris nomen; cf. 1178. — 2 *therma*RVM restituit Bechius; ceterum memorare non praetermiserim ex Prelleri sententia (*Regionen* p. 106) hoc aedificium balneum potius quam thermas esse. — 3 MVNERIS in pariete fuisse non credo.

Hoc quod Gellius l. c. p. 93 alius, ut ipse ait, inscriptionis fragmentum loco non indicato profert

MER VENATIO ATHLET . . .
. . . E · SPASSIONES · VELA · ERVNT '*sic*'

ex ipsa illa 1177 natum esse suspicor Gellii socordia, quem fragmentum ex alio libro atque 1177 integram sumpsisse putaverim, fortasse ex Bonuccio (1828 p. 124), qui 1177 totam ex actorum fere exemplo repraesentat, sed extrema hoc modo (litteris min.) . . . . *Venatio Athletae* || *Sparsiones Vela erunt.* Eiusdem Gellii non poteris non mirari iudicium, quod, cum p. 92 in 1177 ut ceteri SPARSIONES, p. 93 tamen in hoc fragmento SPASSIONES scripserit, haec addidit: *The use of the word spassiones for sparsiones appeared common to these two inscriptions when they were fresh.*

1178 *nel muro a sinistra della strada (delle Terme), venendo dal Tempio (della Fortuna), di rosso leggesi* AMIC. in muro thermarum ad sin. portae *dei bagni d. donne* [t. A 74 a] in tectorio albo. — Locum non indicat MOMMS., sed idem eum descripsisse certum est.

0,33 *murus fort. posterior* GROSPHOS·
0,36 DEDICATI SCR ON . . . . .
0,09 D. . . . . RVM. . . . . CN· ALLEI·ETMAT. . . . . .

Descripsimus. — Amicone 21 Mai. 1824 nil habet nisi . . . . . DEDICON. . . . . ROGANT; ultima tamen apud Fiorellium titulo 144 subiecta sunt.

1 in O Mommsenus SCR et quinque sexve litterarum reliquias vidit, nil nisi incerta ego. Fuit scriptoris nomen. — 2 praeter MAT vestigia nimis dubia vidi ego, principii frustulum adeo evanuerat. Id saltem ex meo apographo redundavit, ut quod Mommsenus inde ab ET tertium v. inchoat, id solis pugillarium angustiis coactum fecisse eum appareat. — 2 extr. ETMAT vel FLAM Momms.; MAT vidi. — In GROSPHOS· primae duae litterae nimis corrosae erant cum descripsi, integras Momms. vidit, qui tamen om. punctum; fuitne *Grospho s*(*alutem*)?

Alterum praecedentis programmatis exemplar esse puto, nisi quod 2 CN·NIGIDI MAI potius quam CN·ALLEI NIGIDI·MAI fuisse videtur.

1179 *a destra della strada della Fortuna* colore nigro AMIC. i. e. in latere meridionali viae Nolanae inter quadrivium viae Stabianae et primum fontem; v. 359 sqq. — *Da una parete a destra della via che va verso la porta detta di Nola* GARR. — In lat. merid. viae Nolanae inter titulos 354 et 421 colore nigro MOMMS.

cN · ALLEI · NIGIDI
MAI · QVINQ · GL · PAR · XXX · ET · EOR · SVPP · PVGN · POMPEIS · VIII · VII · VI · K · DEC
ELLIOS . . . . . VEN · ERIT MAIO · QVINQ · FELICITER · PARIS · M
MARTI . . . . AIO

Descripsit Mommsen. — Amicone 21 Apr. 1840 nil refert nisi N·ALLEI·NICID (inde Guarini *fasti* ed. 2 p. 92); vv. 1—3 Garrucci *B. N.* 1853 p. 117 male (cf. eiusdem *graff.* ad t. XII 2, not.).

2 lege *et eor(um) supp(ositicii)*; supponebantur enim in locum gladiatorum occisorum, qui cum victoribus depugnarent; unde est illud Martialis V 24, 8 *Hermes suppositicius sibi ipsi*; v. Henzen. acad. pontif. Rom. XII p. 120 n. 202. — 3 in litteris . . . ELLIuS (vel . . . ELLIoS) . . . . . fort. latet gladiatoris tum celebris nomen, cf. n. 1989.

1180 *fuori l'ingresso principale del Quartiere . . . nell' intonaco* VEG. i. e. in muro postscaenii theatri maioris. V. 1 litteras altas esse palm. $1^2|_3$, v. 2—5 unc. 3, nisi quod v. 5 extr. paullo minores, nigro colore v. 5 partem priorem, cetera rubro picta esse V. et M. tradunt, unde toti titulo rubrum colorem olim fuisse patet.

PRO SALVTE
. . . . . CAESARIS · AVGVsti LIbEroRVMQVe
. . . . . DEDICATIONEM · ARAE · *fam.? gladiat.? CN · allEI* · NIGIDI · MAJ
FLAMI . . . . CAESARIS · AVGVSTI · PVGN · POMPEIS · SINE · VLLA · DILATIONE
IIII · NON · IVL · VENATIO VELA ERVNT

Acta 6 Aug. 1768 tribus exemplis satis diversis, quorum primum (V) quod est Francisci la Vega exhibet Fiorelli, edidit Garrucci *B. N.* 1853 p. 116 (inde Henzen 5814); alterum (M) nescio cuius ex codice actorum excripsit Mommsenus; tertium (P) Ioachimi Perez-Conde mihi misit Fiorellius.

1 om. P. — 2 . . . ORIREI . . EN . . II VIM R . . . . . SAESARIS . . . . . P. — AVGVLIFE · AVRVMQVI V., AVG · LIEE · AVRVMQVI M. — 3 nil praeter EDICATIONEM · AR legit P. — ARAE · [AMENTIAE · CNEI ·] NIGIDI · MAI V. uncis inclusa dubia esse significans (id quod testatur Fiorellius, Garruccius autem indicare neclexit, qui adeo GNEI interpolavit, ARAE · NEC · IDI · MAJ M. — Ego pro AMENTIAE · CNEI in pariete fuisse puto FAM · GLADIAT · (vel FAMIL · GLAD ·) CN · ALLEI. — Parum probabiliter CLEMENTIAE pro AMENTIAE fuisse proposuerunt Cavedoni *B. N.* 1854 p. 89 et Henzen l. c. — 4 FLAMI . . . C om. P. — AVGVSTI id. — PVCN id. — DILATIO . . . id. — 5 medio spatium duplo maius indicat V., nullum P. — ERVN P., ERVNT M.

Pro salute [*imp.* aut *imp. Ti.*] *Caesaris Augu*[*sti*] *li*[*b*]*e*[*ro*]*rumqu*[*e eius et ob*] *dedicationem arae* [*fam. gladiat.*]? *Cn.* [*All*]*ei Nigidi Mai flami*[*nis*] *Caesaris* — aut [*Ti.*] *Caesaris* — *Augusti pugn*(*abit*) *Pompeis sine ulla dilatione IIII non. Iul.; venatio . . . . . vela erunt.*

1181 *a sinistra la strada della Fortuna* (i. e. via Nolana) ubi n. 367 sqq. AMIC.; inter 396 et 369 in lat. septentr. viae Nolanae MOMMS.

C . . . . . MANR . . . CLAVDI · VeRI M · RVFELIOHER
. . RT · POMPEIS · VLN . . . . . TAE · SPARSIONES QVA DIES PATIENTVR ERVNT

V. 2 descripsit Mommsenus praeter T alteram; litterae DIES PATIE autem paene evanuerant. — Acta, Amicone, *Annali civili* (vol. 23 p. 95) 12 Mai. 1840, qui omnes quomodo cum titulis 367—370 confuderint supra dixi; ex alio actorum exemplo opinor Guarini *fasti* ed. 2 p. 73 totum exhibuit restitutum emendatumque (inde, non ex Museo Borb., Garrucci *B. N.* 1853 p. 116); idem ex alio rursus ibid. p. 172 haec: . . ET · PONPEI . . . . LI · M · RVFELIO · HER. — V. 2 alteram partem (inde ab AE) Mus. Borb. XIII p. 4 tribus vv.

1 quem inter 2 princ. et M·RVFELIOHER inserunt acta, Amic., Ann., huc revocavi Guarinium secutus. — C . . . . . MANL . . . . Ann. — VIRI acta, Am., Ann. — 2 priorem partem ante 1 exhibent acta, Amic., Ann., qui quae aliter atque Mommsenus legant non affero. — 2 medio 12 vel 13 litteras periisse Mommsenus testatur. — . . . TAE Guar., . . . AE ceteri omnes. Acclamationem (M · RVFELIOHER) inter v. 1 et alteram partem v. 2 insertam habent acta, Amic., Ann.; pone 1, supra 2 extr. positam fuisse conieci; idem homo acclamatur n. 1118.

Totum programma Guarinii praesertim supplementis usus sic restituo: [*Pro salute Ger*]*man*[*ici Caes. Ti.*] *Claudi V*[*e*]*ri* [. . . *fam. glad. pugn. . . . . Ma*]*rt. Pompeis, ven*[*atio, athle*]*tae, sparsiones qua dies patientur erunt.* — [*Ve*]*r*[*o*] *feli*[*cit*]*er.*

1182 in fronte sepulcri Scauri [t. A 7] in anaglyphi e tectorio facti ea parte, qua familia gladiatoria sub finem certaminis repraesentata est; supra hanc bestiarii sunt expressi, infra venatio. — Tituli picti sunt litteris nigris eius generis, quo utuntur tituli candidatorum recentiores.

in summo anaglypho gladiatorio supra tertium quartum quintum paria:

MVNERE *n. fes*TI AMPLIATI · DIE · SVMMO ·

supra singula paria:

1.

BEBRYX · IVL · XV · V NOBILIOR · IVL · XIV

equites
galea, manica d., tunica, hasta, parma rotunda armati.
Nobilior victurus esse videtur.

2.

. . . . Ↄ · IVL · XVI · IV *crista* ME

Samnis (an *murm.?*) — *Threx*
galea cristata, manica d. subligaculo, balteo, ocrea sin.?, caliga d., scuto incurvo armatus, vulneratus in pectore, indicem sin. tollens. — *galea cristata, (bracch. d. latet) subligaculo, balteo, ocreis, parma quadrata armatus.*

3.

IVL · XXX · V SVS · IVL · XV · M · Θ

Threx — *Samnis* (an *murm.?*)
ut superior (nisi quod crista diversa, manica d., rotunda parmula) armatus, adversarium confossurus. — *ut superior (nisi quod scuto, cuius forma ad imum cuneatior est, et hasta) armatus, in d. pectore vulneratus, scuto et hasta proiectis, genu d. posito, indicem sin. tollens.*

4.

HIPPOLYTVS·F·V·V· CE ATVS·IVL·VI·

secutor *secutor*

uterque
galea, manica d. (sed alterius latet bracch. d.),
subligaculo, balteo, fasciis circa crura ligatis,
clipeo rotundo levi humi abiecto
armatus,
alter gladio iugulans alterum genu inclinatum
in bracchio sin. et crure sin. vulneratum.

5.

(sine inscr.)

retiarii

figura minore expressi manica s., galero cum spira,
subligaculo, balteo, fasciis circa crura ligatis, fuscina
armati,
quorum alter secutorem vulneratum
paris quarti pede s. in eius pede s. posito
arripit a tergo manu s.,
alter pone adstat trucidationis spectator.

6.

NEPTVMVS·IVL·V . . . . P . . IVL·XV·M·

Samnis (an *murm.?*) *Threx*

ut ille paris secundi *ut ille paris tertii (nisi quod*
(nisi quod scuto cuneato) *clipeo quem humi proiecit*
armatus, *quadrato incurvo)*
adversarium confossurus. *armatus,*
bracchium sin. tollens.

7.

IVL IV

Samnis? *Threx*

ut ille paris secundi (nisi quod fascia genu d. *ut ille paris tertii,*
cinctum habet, clipeo quadrato incurvo *(nisi quod galea alis ornata,*
potius quam scuto) *clipeo quadrato incurvo*
armatus, *humi proiecto)*
ab homine tunicato retentus *armatus,*
quominus adversarium confodiat. *bracchium sin. tollens.*

8.

(sine inscr.)

Threx *Samnis?*

ut praecedens *ut ille paris septimi*
armatus, *(nisi quod scuto magno)*
clipeum sinistra tenens, *armatus,*
confossurus adversarium. *corruens.*

Acta 22 Aug. 1812 principium exhibent; integriora exempla extant tria haec: Millin *tombeaux* tab. III, p. 16 sqq.; Clarac *Pompei* p. 23 (cf. tab. 4); Mazois I tab. XXXII fig. 1 et 2, p. 49. — Ex Millino fere pendet Avellino, *atti d. soc. Pontaniana* III p. 193; ex tribus illis exemplis suum contaminavit Finati in Mus. Borb. XV tab. XXX, qui titulorum praeter M extr. paris sexti nil se ipsum vidisse profitetur. — Frustula quaedam ex Millino male affert Romanelli p. 54.

MVNERI acta. — C... AMPLIATI ead., C··ATIA MPLIATI Mill. (quae *Quinti Ampliati* esse coniecit), ... AMPLIATI Clar. (qui post detectam 1183 N·FESTI lacunae spatium admittere testatur, ut tamen praeter TI nil superesse addat), C AMPLIATI Maz.; de nomine v. ad 1183. — D E· Mill., P· (vel D) F· Clar., D·F· Maz., om. acta; DIE scripsi, idemque ex schedis nunc video Mommsenum olim coniecisse. — SVMA O· Mill., SVMMC Maz., om. acta. — Cf. Seneca epist. 93 extr. *numquid feliciorem iudicas eum qui summo die muneris, quam eum, qui medio occiditur?* — 1 BEBRIV acta, BERFIX Maz. — IVL (vel TVL) Mill., IVI (quod hic et ubique significare possit etiam IVL vel TVL vel TVT) Clar., IVI Maz. — XII (pro XV·V) legere sibi visus est quamvis evanidum Maz. p. 49, qui om. in tab. — NOBILFJR acta, NOBILIOR Mill. — IVI Mill., IVI Clar. et Maz. — XIV dedi ex actis; XII Mill. et Clar., XI Maz. — 2 et seqq. omis. acta. — 2 dedi ex Maz., qui tamen IVI; IVI·XV Mill. et Clar. — alteram partem om. Mill., nil nisi MI Clar.; fuitne IVL·M·Θ? — 3 ....IBXXX·V· Mill., IB·XXX·V· Clar., IVI·XXXIV Maz. — 'S (pro SVS) Maz. — IVI Clar. et Maz. — 3 alteram partem supra 4 priorem exhibet Mill. — 4 et 5 HIPPOLYTV ŁV·V· Mill., HIPPOLYTVS·XV·V Clar. — Q VS Mill., CA... TVS Clar. — TVT Mill., IVI Clar. et Maz. — 6 NITIMLF Mill., NITIMVS Clar. — IVL Mill., IVI Clar. et Maz. — AAIVL Mill., A·IVI Clar. — XV M Mill., M· Clar.; male NITIMVS·TVL·XV·M Finati (quorum M ultimam se ipsum vidisse ait); omissis enim V alterius et ....P..IVL alterius gladiatoris, illa XV·M perperam cum NITIMVS·TVL coniunxit. — Continuatur eiusdem muneris imago supra portam sepulcri (Mill. t. III 3, Mazois l. c. fig. 2) duobus paribus; reliquiae tituli, quas solus Mazois servavit (sic: IVI IV) ad utrum prioris, i. e. septimi, paris gladiatorem pertineant incertum est. — In describenda imagine Mazoisii tabulam secutus sum.

Undecim horum titulorum, quibus gladiatorum nomen, ludus, pugnarum numerus indicantur, itemque qui vicerint, qui missi sint vel mortui, ad quem quisque gladiatorem referendus sit, certo affirmari potest de solis tribus primis, de ceteris non potest nisi coniectura non ubique certa; quarti enim pars extrema ME (vel MI) initium esse potest quinti; quintum et sextum cum Mazois. ad tertium par rettuli, Clar. (qui om. quartum) illum quarto gladiatori ascripsit, hunc supra septimum titulum exhibet; tres tituli qui insecuntur utrum ad duos secutores et ad sexti paris Samnitem spectent, an potius cum Mazoisio nonus retiario qui secutori vulnerato instat attribuendus sit, ita ut Samnitis sexti paris titulus periisse sit putandus, diiudicare non ausim. — Litterarum IVL, quae in omnibus fere gladiatoribus redeunt, figuras expressit Clarac tab. 4 n. 5, unde quamvis sicut in candidatorum inscriptionibus, ita hic quoque I, L, T minimum inter se differant, primam patet I esse, tertiam L vel T, quare ubique IVL reposui, quae nota, IVL*iensis* i. e. *Foroiuliensis* explicata Millino, TVL*it* Avellino, vix dubium esse videatur quin sit IVL*ianus*. — In sexti gladiatoris titulo quae leguntur M·Θ, eorum parum probabilis est interpretatio proposita a Millino et Avellino (cf. Henzen. in actis acad. pontif. XII p. 111) *Murmillo* Θ; nimirum quae in indicibus nominum gladiatorum sollemnis est nota, eadem ab imagine gladiatoris clare expressa plane videtur abhorrere; intellego *Missus* Θ.

Munere [*N. Fes*]*ti*(*i*) *Ampliati* [*die*] *summo:* 1 *Bebryx Iul*(*ianus*) *XV* (*pugnarum*) *v*(*icit*), *Nobilior Iul. XIV*?.. — 2 ..... *Iul. XVI*?.., ... *Iu*[*l*?] ...*m*(*issus*)? [Θ?] an *Iu*[*l. XXI*...]? — 3 ..... *Iul.* (an *Tib.*?) *XXX v.*?, ... *sus Iul. XV m*(*issus*) Θ. — 4—5 *Hippolytus* [*X*]*V*? *v.*, *Ce*[*r*]*atus*? *Iul. VI*... — 6 [*Nedy*]*mus*? *Iul. V*..., ...*p*.. *Iul. XV m*(*issus*). — 7 ..... *Iul. IV*...

1183 *nel muro esteriore* (*della Basilica*) *che fa spalle alla strada* (*che resta tra la casa di Championnet e la Basilica*) *col rosso segnata* ACT. itemque CLAR. et GANDY.

N · FESTI · AMPLIATI
FAMILIA · GLADIATORIA · PVGNA · ITERVM . . .
PVGNA . . . XVII . . . IVN · VENAT · VEL . . .

Dedi ex actis Fiorellianis 18 Iul. 1813 (cf. Ribav. I 3 p. 270); alio actorum exemplo Mommsenus usus est; alio rursus Guarini *fasti* p. 177 („*così in manoscritto passatomi dal mio amico e collega D. Gaetano Carcani*"), ed. 2 p. 171 (= Henzen 6169); Clarac p. 86 (inde Mazois I p. 48 indidemque nec vero ex pariete aeri inc. III tab. 1; Avellino *atti d. soc. Pontan.* III p. 207; indidemque ni fallor Romanelli p. 89; Oberlin in Millini *magasin encycl.* 1814 tom. III p. 407 = Orelli 2559; Mus. Borb. XV comm. ad tab. 27—30 p. 22); Gell et Gandy p. 261.

1 temere M (pro N) Guarini 2. — Lacunam inter N et FESTI Ob. indicat, e coni. puto. — FISTI acta Momms. et Guar. itemque Ribavius; Festium habes apud Brambach. I. Rh. 41. — 2 FAMIGLIA acta Momms. — PVGNA*bit* Clar. (sed PVGNA Maz., PVGNA .... Ob.). — ITERVM suo versu Guar., ITER Gandy. — lacunas post ITERVM et 3 post PVGNA acta Fior. sola indicant. — XVII · IVN acta Momms., XVI·K·IVN Clar. Gandy, XVII·IVNI Guar. 1, XVII·IVN id. 2. — VINAI acta Momms. — VIC .... ead., VEL Guar. 1, VELA Clar. Gand. Guar. 2. — Male lectos esse vv. 2 et 3 patet; quare magnopere vereor, ne omnes ex actorum exemplo vel potius exemplis pendeant, neve quibus differunt inter se omnia ex suo quisque ingenio editores correxerint. Legendum esse videtur: *N. Festi*(*i*) [an *Fisti*(*i*)?] *Ampliati familia gladiatoria pugna*[*bit* .....] *iterum*? *pugna*[*bit*] *XVI* [*kal.*] *Iun. venat. vel*[*a* ..... *erunt*].

ECOLE FRANÇAISE DE ROME